



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

[Q. Septimii Florentis Tertvlliani Adversvs Marcionem Liber Qvnictvs, De
Epistolis Pauli.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

938

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI ADVERSUS MAR-
CIONEM LIBER QVINCTVS, DE
Epistolis Pauli.

CAP. I.



FIΛI sine origine, nisi Deus solus. Quæ quantum præcedit in statu omnium rerum, tatum præcedat necesse est etiam in retroactu eorum, constare de statu possit. Quia nec habecas dispicere quid quale sit, certus an sit, quā cognoveris vnde sit. Et ideo ex opusculi ordine ad hanc materiam deuolutus,² Apostoli quoq; Pauli originem a Marcione defendo,³ nouis aliqui discipulus, nec vlliis alterius auditor, qui nihil inter rim credam nisi nihil temere credendum, temere porro credi quod.

Luc. 6.

Act. 9.

Matth. 28.

Gal. 1.

Lyc. 21.

Gen. 49.

1. Reg. 18.

19. 20.

23.

1. Reg. 24.

Act. 9.

Gal. 1.

que sine originis agnitione creditur, quique dignissimè ad sollicititudinem redigam illam inquisitionem, quum is mihi adfirmatur Apostolus⁴ quæ in albo Apostolorū apud Euangelium non deprehendit. Deniq; audiens postea eum à Domino allectum iam in celis quiescente, quasi improvidentiam existimo, si non ante sciuī illū sibi necessariū Christus, sed iam ordinato officio Apostolatus & in sua opera dimisso, ex incursum nō ex profectu adiiciens lū existimat, necessitate vt ita dixerim, nō voluntate. Quamobr Ponticenclere si nunquā furtivas merces vel illicitas⁵ in acatos tuas receperisti, si nullū omnino ominus auersti vel adulterasti, cautor vtique & fidelior in Dei rebus, adas velim nobis quo symbolo suscepere Apostolum Paulū: quis illum tituli charactere percutserit, quis tam misericordia, quis imposuerit, vt possis eum cōstanter exponere, ne illius probetur opinia Apostolatus eius instrumenta protulerit.⁶ Ipse se, inquit, Apostolus est professor, & quidem nō ab hominibus, nec per hominē, sed per Iesum Christum.⁸ Plāne profiteri potest semetipsum quiuis. Verūm professio eius alterius auctoritate conficitur: aliis scribit, aliis subscribit, aliis obsignat, aliis actis refert. Nemo sibi & professor, & testis est. Propter hæc vtique legisti; malitos venturos, qui dicant, ego sum Christus. Si est qui se Christum mentiat, quanto magis qui se Apostolum prædicet Christi? Adhuc ego in penitus discipuli & inquisitoris conuersor,⁹ vt iām hinc & fidem tuam obtundam, qui vnde proibes non habes: & impudentiam suffundam, qui vindicas, & vnde possis vindicare non recipis. Sic Christus, sic Apostolus, vt alterius, dum non probantur nisi de in strumento crucis. Nam mihi Paulū etiam Gōesies olim reprobuit. Inter illas, enim figuræ & propheeticas super filios suos benedictiones, Jacob quum ad Beniamin direxisset,¹⁰ Beniamin exiit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit eλcam. Exinde enim Beniamin oriturum Paulum prouidebat, lupum rapacem, ad matutinū comedendū id est prima ætate vastaturum pecora Domini, vt persecutorem Ecclesiarum, dehinc ad vesperam escam daturum, id est deuergente iam ætate oves Christi educaturū, vt doctorem Nationum.¹¹ Nam & Saulis primo asperitas infectionis erga David, dehinc punitio & satisfactio, bona pro malis recipientis; non aliud portendebat quā Paulum in Saule secūdū tribus, & Iesum in Dauid secundū virginis censem. Hæc figuræ facienda si tibi displicant, certe Acta Apostolorū hunc mihi ordinē Pauli tradiderunt, ut te quoque non negandū.¹² Inde Apostolū ostendo persecutorem, non ab hominibus neque per hominē, inde & ipsi credere inducor: inde te à defensione eius expello, nec timeo diefectū ergo negas Apostolum Paulum: non blasphemō quem tueor. Nego, vt te probare compellam. Nego, vt meum esse conuincam. Aut si ad nostram fidem spectas, recipe quæcum faciunt. Si ad tuam prouocas, & de quæ eam præstruunt. Aut proba esse, quæ credis: aut non probas, quomodo credis? Aut qualis es aduerlus eum credens, & quo solo probas esse quod credis? Habe nūc & Apostolū de meo sicut & Christū: tam meum Apollū, quam & Christū. Iisdem & hīc dimicabimus lineis, in ipso gradu prouocabimus præscriptionis. Oportere scilicet & Apostolum qui creatoris negerū, immō & aduersus creatorē proferatur, nihil docere, nihil sapere, nihil yelle secundum creatorē, & in primis tanta constantia alium Deum edicere, quanta à lege creatoris abruptit. Neque enim verisimile est vt auertens à Iudaismo, non pariter offendetur in cuius Dei fidem auerteret: quia nemo transire posset à creatore, nesciens ad quem transeundum sibi efficit.

A Siue enim Christus iam alium Deum reuelauerat, sequebatur etiam Apostoli testatio, vel ne non eius Dei Apostolus haberetur quem Christus reuelauerat, & quia non licet ab abscondi ab Apostolo qui iam reuelatus fuisset a Christo. Siue nihil tale de Deo Christus reuelauerat; tanto magis ab Apostolo debuerat reuelari, qui iam non posset ab alio, non credendus sine dubio si nec ab Apostolo reuelatus. Quod idcirco præstruximus, ut iam hinc profiteamur nos proinde probaturos, nullum alium Deum ab Apostolo circumlatum, sicut probauimus nec a Christo: ex ipsis utique Epistolis Pauli, quas proinde ¹³ multilatas etiam de numero, forma iam heretici Euangelij præiudicassis debebit. [14] Principe C. P. 11. palem aduersus Iudaismum epistolam nos quoque confitemur, quæ Galatas docet. An De Epist. plebitur etenim omnem illam legis abolitionem, vt & ipsam De creatoris venientem dispositionem, ¹⁵ sicut sapientiam in isto ordine tractauimus, de prædicata nouatione à cap. 1. Prophetis Dei nostri, quod si creator quidem vetera cessura promisit nouis scilicet originis, Christus vero tempus distinctionis istius (Lex & Propheta usque ad Ioanum) tornum in Ioanne statuens, inter utrumque ordinem desinentium exinde veterum & incipientium nouorum: necessariè & Apostolus in Christo post Ioannem reuelato, vetera infirmat, noua vero confirmat: atque ita non alterius Dei fidem curat quam creatoris, apud quem & vetera decepsa prædicabantur. Igitur & Legis destruatio, & Euangelij ædificatione, pro me faciunt in ista quoque epistola, ad eam Galatarum præsumptionem pertinentes, quæ præsumebant Christum utputa creatoris, salua creatoris lege credendum: quod adhuc incredibile videretur, legem a suo auctore deponi, porro si omnino aliud Deum ab Apostolo audissent, vltro utique scilicet abscedendum sibi esse a lege eius Dei quæ reliquissent aliud secuti. Quis enim expectaret diutius discere, quod nouam deberet sectari disciplinæ, qui nouum Deum receperisset? Immo quia eadē quidem diuinitas prædicabatur in Euangelio, quæ semper nota fuerat in lege, disciplina vero non eadem, hic erat totus questionis status.¹⁶ An lex creatoris ab Euangelio debet excludi in Christo creatoris. Denique aufer hunc statum, & vacat quaestio. Vacate autem questione, vltro omnibus agnoscitibus discedendum sibi esse ab ordine creatoris per fidem Dei alterius, nulla Apostolo materia competit id tam præse docendi, quod vltro fides ipsa dictasset. Igitur tota intencio epistolæ istius nihil aliud docet quam legis discessione, enientem de creatoris dispositione, ut adhuc suggeremus. Si item nullius noui Dei exercit mentionem, quod nusquam magis fecisset quam in ista materia, ut ratione scilicet alegandæ legis, unica hac & sufficientissima definitione proponeret nouæ diuinitatis, appareat quomodo scribat,¹⁷ Miror vos tam citò transferri, ab eo qui vos vocavit in gratiam, ad aliud Euangelium; ex cōversatione aliud non ex religione: ex disciplina, non ex diuinitate. Quoniam quidem Euangeliū Christi a lege euocare deberet ad gratiam, non a creatore ad aliud Deum. Nemo enim illos mouerat a creatore, ut viderentur sic ad aliud Euangelium trāsferri, quasi dum ad creatorem transferuntur. Nam & adiūcens,¹⁸ quod aliud Euangelium omnino non esset, creatoris cōfirmat id, quod esse defendit. Si enim & creator Euangeliū repromittit, dicens per Esaiam: Ascende in montem excelsum, qui euangelizas Sioni, extolle vocem in valentia ¹⁹ I. 40. tua qui euangelizas Hierusalem. Item ad Apostolorum personam: Quam tempestiuī pectus euangelizantium pacem, euangelizantium bona: utique & nationibus euangelizantur, quoniam & in nomine eius, inquit, nationes sperabunt, Christi scilicet, cui ait, Posuit in lumen nationum, est autem Euangelium etiam Dei noui, quod vis truncab Apol. 20. defensum: iam ergo duo sunt Euangelia apud duos Deos, & mentitus erit Apostolus dicens: quod aliud omnino non est, quum sit & aliud: quum sic suum Euangelium defendere potuisset, vt portius demonstraret, non ut unum determinaret. Sed fortasse vt fugias hinc; ²¹ Gal. 1. & idē dices, subtexit: licet angelus de celo aliter euangelizauerit, anathema sit, quia & creator ²² Ibidem. rem sciebat euangelizaturum. Rursus ergo te implicas. Hoc est enim quo astringeris. Duo enim Euangelia confirmare, non est eius qui aliud iam negarit. Tamē lucet sensus eius qui suam præmisit personam. ²³ Sed & si nos aut angelus de celo aliter euangelizauerit. Verbi enim ²⁴ Ibidem. gratia dictū est. Ceterum, si nec ipse aliter euangelizaturus, utiq; nec angelus. Ita angelum ad hoc nominavit, quo multo magis hominibus non esset credendum, quando nec angelus nec Apostolo: non angelum ad Euangelium referret creatoris. ²⁵ Exinde decurrens ²⁶ Ibidem. ordinem conuersionsis suæ de persecutore in Apostolum, ²⁷ scripturam Aetorum Apostolico- rum confirmat, apud quam ipsa etiam epistolæ istius materia recognoscitur; ²⁸ intercessio se quosdam, qui dicent circuncidi oportere, & obseruandam esse Moysi legem: tunc

Tertulliani aduersus

940

Apostolos de ista quæstione consultos, ex auctoritate spiritus renuntiassæ, non esse impo-
nenda onera hominibus quæ patres ipsi non potuissent sustinere. Quod si & ex hoc con-
gruunt Paulo Apostolorum Acta, cur ea respuatis iam appetet, vt Deum scilicet non-a-
lium prædicantia quæm creatorem, nec Christum alterius quæm creatoris, quando nec
promissio spiritus sancti aliundè probetur exhibita, quæm de instrumento Actorum.
Quæ vtique verisimile non est, ex parte quidem Apostolo conuenire, quum ordinem
eius secundum ipsius testimonium ostendunt, ex parte vero dissidere, quum diuinatum
in Christo creatoris annuntiant: vt prædicationem quidem Apostolorum non sit feci-

C A P . III. **tus** Paulus, qui formam ab eis dedocendæ legis accepit. [23] Denique ad patricium p-
ex Epist. tri ceterorumque Apostolorum ascendisse Hierosolymam post annos XIIII. scribit, vi conferret cani-
ad Gal. c. lis de Euangelij sui regula, ne inuacuum tot annis cucurisset, aut curreret, si quid scilicet citra for-
ni. & III. man illorum euangelizaret. Ad eò ad illis probari, & constabili desiderarat. Quid si
Gal. 2. quændo vultus ²⁴ Iudaismi magis affines subintelligi; quum nec Titum dicit circumcisum, iam
Ibidem. incipit ostendere solam circumcisionis quæstionem ex defensione adhuc legis concil-
fam ab eis, quos propterea falsos & superinductios fratres appellat, non aliud statuer-
pergentes quæm perseverantia legis, ex fide sine dubio integra creatoris: atq; ita perver-
Gal. 1. tentes Euangelium, non interpolatione scripturæ, qm̄ Christum creatoris effingerent.
Gal. 2. sed retentione veteris disciplina, ne legem creatoris excluderent. Ergo: Propter pueri-
" duclitios, inquit, falsos fratres, qui subintroierant ad speculandam libertatem nostram quam habe-
mus in Christo, ut nos subigerent seruitutem, nec ad horam cœsimus subiectioni. Intendamus enim
ibidem. & sensu ipsi, & causa eius, & apparabit vitiatio scripturæ. Quum præmitit; Sed ne
Titus qui recum erat, quum ejet Graecus, coactus est circumcidere: dehinc subiungit, propter re-
perinductios falsos fratres, & reliqua: contrarij vtique facti incipit reddere rationem,
ostendens propter quid fecerit: quod nec fecisset, nec ostendisset, si illud propter modum
fecit, non accidisset. Denique dicas velim, si non subintroissent falsi illi fratres adspec-
culandam libertatem eorum, cessissent subiectioni? non opinor. Ergo cesserunt, qui
fuerunt propter quos cederetur. hoc enim rudi fidei & adhuc de legis oblatione le-
spensa competit, ipso quoque Apostolo ne inuacuum cucurisset aut curreret for-
to. Itaque frustraverant falsi fratres, speculantes libertatem Christianam, ne ante
eam in sequitatem abdererent Iudaismi, quæm Paulus sciret se non inuacuum conti-
Gal. 1. et 2. biret. Necessario igitur cestit ad tempus. Et sic ei ratio constat; Timotheum circumcidere,
Act. 16. & rasos introducendi in templum, quæ in Actis edicuntur ad eò vera, vt Apollini
Act. 21. consonent profitenti: Factum s' Iudæis Iudæum, vt Iudæos lucrifaceret: & sub legi
1. Cor. 9. agentem propter eos qui sub lege agerent: sic & propter superinductios illos, & omni-
bus nouissime omnia factum, vt omnes lucaretur. Si hæc quoque intelligi ex hoc po-
stulant, id quoque nemo dubitat, eius Dei & Christi prædicatorem Paulum, cum
gem, quamvis excludens, interim tamen pro temporibus admiserat, statim ambo-
dam si nouum Deum protulisset. Benè igitur quod & ²⁵ dexteras Paulo dederunt Petrus &
Iacobus & Ioannes, & de officijs distributione pepigerunt, vt Paulus in nationes predicandi missio-
nem: tantum ut meminissent egenorum. Et hoc secundum legem creatoris, pauperes &
Ibidem. egeno fouentis, ²⁷ sicut in Euangelij vestri retractatu probatum est. Ad eò constabili-
ge sola suffit quæstionem, dum ostenditur quid ex lege custodiri conuenierit. ²⁸ Sol-
prehendit Petrum non recto pede incidentem ad Euangelij veritatem. Planè reprehendit, non ob-
aliud tamen, quæm ²⁹ ob inconstantiam vietus, quem pro personarum qualitate variat, &
mensos qui erant ex circumcisione: non ob aliquam diuinitatis peruersitatem, de qua & illi
in faciem restitisset, qui de minore causa conuersationis ambiguae Petro ipsi non
percit. ³⁰ Sed quomodo Marcionitæ volunt credi? De cetero pergit Apostolus, ve-
gans ex operibus legis iustificari hominem, sed ex fide. Eiusdem tamen Dei, cuius & Iesu
Luc. 3. & Isai. 40. discreuerunt, si fuisset. Merito non redificabat que destruxit, destrui autem lex ha-
buit; ex quo vox Ioannis clamauit in eremo, Parate vias Domini, ³¹ vt fierent re-
ui & colles & montes repleti & humiliati, & tortuosa & aspera in restringendum
in campos, id est Legis difficultates in Euangelij facilitates. Meminerat iam & Iesu
psal. 2. iporum: Disrumpamus à nobis vincula eorum, & abiiciamus à nobis iug-
nitionem: ex quo tumultuata sunt gentes, & populi meditati sunt inania. Affittere

A reges terræ, & magistratus congregati sunt in vnum, aduersus Dominū, & aduersus Christum ipsius, vt iam ex fidei libertate iustificetur homo, non ex legis seruitute.³² Quia iustus Gal. 3. ex fide viuet. Quod si Prophetes Abacum prænuntiavit, habes & Apostolum Prophetas confirmantem, sicut & Christus. Eius ergo Dei erit fides, in qua viuet iustus; cuius & lex, in qua Gal. 3. non iustificatur operarius.³³ Proinde si in lege maledictio est, in fide vero benedictio: utrumque habes ibidem. propolitum apud creatorē: Ecce posui, inquit, ante te maledictionem & benedictionem. Non potes dillantiam vindicare, quæ & si rerum est, non idē auctorum, quæ ab uno auctore proponitur.³⁴ Cur autem Christus factus sit pro nobis maledictio, ipso Apostolo edocente Gal. 3. manifestum est quām nobiscum faciat, id est secundum fidem creatoris. Nāque enim Quia Ibidem & creator pronuntiavit, Maledictus omnis in ligno suspensus: idē videbitur alterius Dei esse Deut. 21. Christus, & idcirco à creatore iam tunc in lege maledictus. Et quomodo præmaledixisset eum creator quem ignorat? Cur autem non magis coepit creator, filium suum dedisse maledictioni sue: quām illi Deo tuo, subdidisse maledictioni, & quidem pro hominē alieno? Denique si atrox videtur hoc in creatore circa filium, proinde tuo in Deo.³⁵ Si vero rationale & in tuo, proinde & in meo, & magis in meo. Facilius enim crederetur, eius esse per maledictionem Christi, benedictionem prospexit homini; qui & maledictionem alii quando & benedictionem proposuere ante hominem, quām qui neutrū vñquam sit apud te professus.³⁶ Accepimus igitur benedictionem spiritalem per fidem, inquit, ex qua scilicet viuet Gal. 3. iustus secundum creatorē. Hoc est ergo quod dico, eius Dei fidē esse, cuius est forma gratiae fidei. Sed & quū adiicit,³⁷ Omnes enim filii estis fidei, ostenditur: quid supra hæretica in- Ibidem. dustria eraserit, mentionem scilicet Abraham,³⁸ qua nos Apostolus filios Abraham per fidem Ibidem. affirmit, secundum quam mentionem hic quoque filios fidei notauit. Ceterum quomodo filii fidei: Et cuius fidei, si non Abraham? Si enim Abraham Deo creditur, & deputatum est iustitiae, Ibidem & atque exinde pater multarum nationū meruit nuncupari: nos autem credēdo Deo magis, Gen. 15. proinde iustificamur, sicut Abraham, & vitā proinde consequimur, sicut iustus ex fide viuet: Gen. 17. sic fit ut & suprà, filios nos Abraham pronuntiarit, quā patris fidei, & hīc filios fidei, per quā et Rem. 4. Abraham pater nationum fuerat repromissus. Ipsum quod fidem à circuncisione reuocabat Gal. 3. nōne Abraham filios constituere quārebat, qui in carnis integritate crediderat? Deinde alterius Dei fides ad formam Dei alterius non potest admitti, vt credentes iustitiae deputet, vt iustos viuere faciat, vt nationes filios fidei dicat: Totū hoc cius est, apud quem antē iam notum est sub eadem Abrahamē, qum ipso sensu reuinatur. Adhuc, CAP. IIII. inquit, secundum hominem dico, dum effemus parvuli, sub elementis mundi eramus positi ad deservientem ex Epist. dum eis. Atquin non est hoc humanitatis dictum; Non enim exemplum sit, sed veritas, ad Gal. c. quis enim parvulus vtique sensu, quod sunt nationes, nōn elementis subiectus est mundi, III. III. v. quā pro Deo suspicit? Illud autem facit, quod quām secundum hominem dixisset, tamen Gal. 3. testamentum hominis nemo spernit aut superordinat. Exemplo enim humani testamenti permanentis, diuinum tuebatur:⁴⁰ Abraham dicitur sum promissione & semini eius. Non dicit seminibus, Ibidem. quasi pluribus, sed semini tanquam vni quod Christus est.⁴¹ Erubescat spongia Marcionis, nisi quod ex abundanti retracto quā abstulit, quum validius sit illum ex his reuinī quā seruauit.⁴² Quum autem euenit impleri tempus, misit Deus filium suum, vtique is qui etiam ipsorum temporum Deus est, quibus seculum constat, qui signa quoque temporum ordinavit, soles, & lunas, & sidera, & stellas: qui filij denique sui revelationem in extremitatē temporum & Gen. 1. dispositus & prædicauit. In nouissimis diebus erit manifestus mons Domini; & In noui- Išai. 2. simis diebus effundam de spiritu meo in omnem carnem, secundum Ioēlem. Ipsius erat Iēs̄is 2. sustinuisse tempus impleri, cuius erat etiam finis temporis sicut initium. Ceterum Deus ille otiosus, nec operationis, nec prædicationis vlli, atque ita nec temporis alicuius quid omnino egit, quod efficeret tempus impleri, etiam implendum sustineret. Si nihil, satis va- num est vt creatoris tempora sustinuerit seruiens creatori. Cui autem rei misit filium suum?⁴³ Gal. 4. ut eos qui sub lege erant redimeret: hoc est, vt efficeret tortuosa in viam rectam, & aspergat Išai. 40. vias lenes, secundum Išaiam; vt vetera transirent, & noua orirentur. Lex noua ex Sion, & Išai. 43. et sermo Domini ex Hierusalem: & ut adoptionem filiorum acciperemus, vtique nationes quae 2. Cor. 5. filij non eramus. Et ipse enim lux erit nationum, & in nomine eius nationes sperabunt. Išai. 2. Itaque vt certum eset nos filios Dei esse, misit spiritum suum in corda nostra clamantem, Abba pater. Gal. 4. In nouissimis enim, inquit, diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem. Cuius gra- Gal. 4. tia, nō cuius & promissio gratia? Quis pater, nō qui & factor? Post has itaque diuitias, Iēl. 2. 47. non erat reverendum ad infirma & mendica elementa. Elementa autē apud Romanos quoque Gal. 4.

KKk. iiiij

etiam primæ litteræ solent dici. Non ergo per mūdialium elementorum derogationem ¹ Deo corum auerte cupiebat, & si dicendo suprà. Si ergo his qui non natura sunt Dei, ² ³ ⁴ physice, id est naturalis superstitionis elementa pro Deo habentis suggillabat errorum, nec sic tamen elementorum Deum taxans. Sed quæ velit intelligi elementa, primas collat litteras legis, ipse declarat: ⁵ Dies obseruatis & mensis, & tempora, & amos, & sabbata, ut opinor, & cœnas puras, & ieiunia, & dies magos. Cessare enim ab his quoque fieri & circuncisione oportebat ex decretis creatoris: qui & per Esaiam: Neomenias vestras fabbata & diem magnum non sustinebo, ieiuniū & ferias & ceremonias vestras odit anima mea. Et per Amos: Odi, reieci ceremonias vestras, ⁶ & non odorabor in frequenti vestris. Item per Ofec: Auertam ynuersas iocunditates eius, & ceremonias eius, & sabbata, & neomenias eius, ⁷ & omnes frequentias eius. Quæ ipse constituerat, inquis, crastinatio quæcum alius? At si alius, ergo ille adiuvuit sententiam creatoris, auferens que & ille damnauerat. Sed non huius loci queratio, cur leges suas creator infregerit. Sufficit quod infra statutum probauimus, vt confirmetur nihil Apostolum aduersus creatorum determinat, cum & ipsa amolitio legis à creatore sit. Sed vt furibus solet aliquid excidere de prædictum indicium, ita credo & Marcionem nouissimam Abrahæ mentionem dereliquisse, nullum magis auferendam, ergo ex parte conuertit. ⁸ Si enim Abrahām duos liberos habuit, unum ancilla, & aliud ex libera: sed qui ex ancilla, carnaliter natus est: qui vero ex libera, per reprobationem. (Quæ sunt allegoria, id est aliud portententia. Hęc sunt enim duo testamento, sive duas ostensiones, sicut inuenimus interpretatum.) Vnum à monte Syna in synagogam iudeorum, secundum dum legem, generans in seruitutem. Alium, ⁹ super omnem principatum generans, vim dominacionis, & omne nomen quod nominatur, non tantum in hoc mundo, sed & in futurum, quæ est mater nostra, in quem reprobimur sanctam Ecclesiam: ideoque adiecit, ¹⁰ Propter quod fratres non sumus ancillæ filii, sed liberi. Vtique manifestauit & Christianismi generatem in filio Abrahæ ex libera nato, allegoria habere sacramentum, sicut & iudeismi generalem in filio ancillæ. Atque ita eius Dei esse vtranque dispositionem, apud quoniam inuenimus utriusque dispositionis delinationem. Ipsum quod ait, qua libertate homines manumisit, nonne cum constituit manumissorem, qui fuit Dominus? ¹¹ Alienos enim uos ne Galba manumisit, facilius liberos soluturus. Ab eo igitur præstabitus liberando, quem fuit seruitus legis, & meritò. ¹² Non decebat manumissos rursum iugo seruitus, id est astringi, iam Psalmo adimpleto: Disrumpamus vincula eorum, & abinciamus a nobis iudeorum: postquam à προστέτες congregati sunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum ipsius. De seruitute igitur exemptos, ipsam seruitutis notam eredere perficiunt circuncisionem, ex prædicationis scilicet propheticæ auctoritate, memor dictum per Hieronimam: ¹³ Et circuncidimini præputia cordis vestri. Quia & Moyes: Circuncidetur dominium vestram: id est non carnem. Denique si circuncisionem ab alio Deo veniente debat, ¹⁴ cur etiam præputationem negat quicquam valere in Christo sicut & circuncisionem, ferre enim debebat amulam eius quam expugnabat, si ab æmulo circuncisionis Deo? Porro quia & circuncisio & præputationi vni Deo deputabantur, ideo utraque in Chinis vacabat, propter fiduciæ prælationem, illius fidei de qua erat scriptum: Et in nomine nationes credent; ¹⁵ illius fidei quam dicendo per dilectionem perfici, sic quoque creator dicit. Sicut enim dilectionem dicit quæ in Deum: & hoc creatoris est: Diliges Deum enim corde tuo, & ex toto anima tua, & ex totis viribus tuis: sive quæ in proximum, & proximi tuum tanquam te, creatoris est. Qui autem turbat vos, iudicium feret. A quo Deo? ab optimo? sed ille non iudicat. A creatore? Sed nec ille damnabit assertorē circuncisionis. Quid si autem erit alius qui iudicet nisi creator, iam ergo non damnabit legis defensores, nisi qui ipse cessare constituit. Quid nunc si & confirmat illam ex parte qua debet? Tota enim, inquit, in vobis adimplita est: Diliges proximum tuum tanquam te. Aut si sic vult intelligi, adimpleta est quasi iam non adimplenda: ergo non vult vt diligam proximum tanquam me, vt & secundum lege cessauerit. Sed perseverandum erit semper in isto præcepto. Ergo lex creatoris etiam ab aduersario probata est: nec dispendium, sed compendium ab eo confutatur, redacta summa in vnum iam præceptum. Sed nec hoc alij magis competit quam auctoritate, Atque adeò quum dicit: ¹⁶ Onera vestra innucem sustinet, & sic adimplerbitis legem Christi, si finis non potest fieri, nisi quis diligat proximum suum tanquam se, appetet diligere proximum tanquam te: per quod auditur, innucem onera vestra portare, Christi esse legem, quæ sit creatoris: atque ita Christum creatoris esse, dum Christi est lex creatoris. Erratur, donec

TERTULLIANUS
Cum Annotationib.
PAMELLI.

A. V.
16.

A non deridetur. atquin derideri potest Deus Marcionis, qui nec irasci vult, nec vlcisci. Quod *Ibidem*.
enim seminauerit homo, hoc & metet. Ergo retributionis & iudicij Deus intentat. Bonum autem *Ibidem*.
 facientes non fatigemur, &: Dum habemus tempus, operemur bonum. Nega creatorem bonū facere
 pracepisse, & diuersa doctrina si diuersa diuinitatis. Porro si retributionem prædicat, ab
 eodem erit & corruptionis missis & vita. Tempore autem suo metemus, quia & Ecclesiastes, *Ibidem*.
 Tempus, inquit, erit omni rei. ⁶¹ Sed & mihi famulo creatoris mundus crucifixus est, non ta- *Eccles. 3.*
 men Deus mundi, & ego mundo, non tam en Deo mundi. Mundum enim quantū ad con- *Gal. 6.*
 uersationē eius posuit, cui renuntiando mutuō transfigimur, & inuicem morimur. ⁶² Per-
 secutores vocat Christi. Quum verò adiicit, ⁶³ stigmata Christi in corpore suo glflare se (vtique *Ibidem*.
 corporalia competunt) iam non putatiū, sed veram & solidam ^{Cathol.} professus est
 Christi, cuius stigmata corporalia ostendit. <sup>[64] Praestructio superioris epistolæ ita du- *C A P. V.*
xit, vt de titulo eius non retractauerim, certus & alibi retractari cum posse communem *de Epist.*
scilicet, & eundem in epistolis omnibus. Quod non vtique salutem præscribit eis quibus *ad Cor. 1.*
scribit, sed ⁶⁵ gratiam & pacem, non dico quid illi cum Iudaico adhuc more, destrutori Iu- *ex cap. 1.*
daismi? Nam & hodie Iudei in pacis nomine appellant, & retrò in scripturis sic salutabāt. *1. Cor. 1.*
Sed intelligo illum defendisse officio suo prædicationem creatoris? Quām maturi pedes *Isai. 52.*
euan gelizantium bona, euan gelizantium pacem. Euāgelizator enim bonorum, id est gra- *1. Cor. 1.*
tia Dei, paci eam præferendam sciebat. Hæc cūm ⁶⁶ à Deo Pater nostro, & Domino Iesu ad-
nuntians, communib⁹ nominib⁹ vtatur, competentibus nostro quoque sacramento,

B non puto dispici posse cur Deus Pater, & Dominus Iesus prædictetur, nisi ex accedentibus
 cui magis competant. Primò quidem Patrem Dominum præscribo, non aliū agnoscendū,
 quām & hominis & vniuersitatis creatorem & institutorem. Porro Patri etiam Domini
 nomen accedere ob potestatem, quod & filius per patrem capiat. Dehinc gratiam &
 pacem non solum eius esse à quo prædicabant, sed eius qui fuerit offensus. nec gratia
 enim sit, nisi offensa: nec pax, nisi belli & populus autem per disciplinæ transgressionem,
 & omne hominum genus per naturæ dissimulationem, & deliquerat, & rebellauerat ad-
 uersus creatorem. Deus autem Marcionis & quia ignotus, non potuit offendi, & quia ne-
 scit irasci. Quæ ergo gratia à non offenso? quæ pax à non rebellato? ⁶⁷ Ait: *Crucem Christi Ibidem*.
stultitiam esse perturbi, virtutem autem & sapientiam Dei, salutem consecutur. Et vt ostenderet
 vnde hoc cueniret, adiicit, *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam pru-*
dentium irritam faciam. Si hæc creatoris sunt & quæ ad causam crucis pertinent, Aultitiam
 deputat; ergo & crux & per crucem Christus ad creatorem pertinet, à quo prædicatum
 est quod ad crucem pertinet. Aut si creator quā æmulus, idcirco sapientiam abstulit, vt
 crux Christi scilicet aduersarij stultitia deputetur, & quomodo potest aliquid ad crucem
 Christi non sui creator pronuntiasse, quem ignorabat quum prædicabat? Sed & cur apud
 Dominum optimum & profusa misericordia, alij salutem referunt, credentes crucem
 virtutem & sapientiam Dei esse, alij perditionem, quibus Christi crux stultitia reputatur,

C si non creatoris est aliquam & populi & humani generis offensam, detimento sapientiæ
 atque prudentiæ multasse? Hoc sequentia confirmabunt quum dicit: ⁶⁸ Nōnne infatuauit *Ibidem*.
 Deus sapientiam mundi? Cūmque & hīc adiicit, quare? Quoniam in Dei sapientia non intellexit mundus per sapientiam Deum, ⁶⁹ boni duxit Deus per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Sed prius
 de mundo disceptabo, quatenus subtilissimi hæretici hīc vel maximè mundum per Do-
 minum mundi interpretantur: nos autem hominem qui sit in mundo intelligimus ex for-
 ma simplici loquelæ humanæ, qua plerunque id quod continet, posimus pro eo quod
 continetur, Circus clamauit, & Forum locutum est, & Baſilica fremit: id est qui in his
 locis rem egerunt. Igitur, quia homo, non Deus mundi, in sapientia non cognovit Deum,
 quem cognoscere debuerat, & Iudæus in sapientia scripturarum, & omnis gens in sapien-
 tia operum: id est Deus idem, qui in sapientia sua non erat agnitus, statuit sapientiam ho-
 minum stultitia repercutere, saluos faciendo credentes quoque in stultam crucis prædi-
 cationem. ⁷⁰ Quoniam Iudei signa desiderant, qui iam de Deo certi esse debuerant: *& Greici Ibidem*.
 sapientiam querunt, qui suam felicet non Dei sapientiam sistent. Ceterū si nouus Deus
 prædicaretur, quid deliquerant Iudei signa desiderantes quibus crederent: au^o Græci sa-
 pientiam sectantes, cui magis crederent: Ita & remuneratio ipsa in Iudeos & Græcos, &
 zelotæ Deum confirmat & iudicem, qui ex retributione æmula & iudice infatuauerit sa-
 pientiam mundi. Quod si eius sunt & causæ, cuius adhibentur scripturæ, ergo de creatore
 tractans Apostolus, non intellecto creatore, vtique docet intelligendum. ⁷¹ Etiam quod</sup>

Ibidem. scandalum Iudeis prædictet Christum, prophetiam super illo consignat creatoris dicens per D
 1. Isa. 2. 8. et Esaïam: Ecce posui in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: petra autem fuit Christus, etiam Marcius seruat: Quid est autem scutum Dei, sapientius hominibus, nisi crux & mortis Christi? Quid infirmum Dei, fortius homine, nisi nativitas & caro Dei? Ceterum si necnatus ex virginie Christus, nec carne constructus, ac per hoc neque crucem, neque mortem verè perpeffus est, nihil in illo fuit scutum & infirmum: nec iam scuta mundi elegit Deus, ut confundat sapientiam; nec infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: nec in honestia & munita contemptibilia, quæ non sunt, id est, quæ non verè sunt, ut confundat quæ sunt, id est quæ sunt. Nihil enim à Deo dispositum est, verè modicum, & ignobile, & contemptibile, sed quod ab homine: Quid creatorem autem etiam vetera, scutitiae, & infirmatiae, & honestati, & pusillitati, & cōtemptui deputari possunt. Quid scutius, quid infirmius quam sacrificiorum cruentorum, & holocaustatum nidorolorum à Deo exactio? Quid infirmius, quam vasculorum & grabatorum purgatio? Quid in honestius, quam carnis amercementis alia dedecratio? Quid tam humile, quam talionis iudicio? Quid tam contemptibile, quam ciborum exceptio? Totum, quod sciā, vetus Testamentum omnis hereticus. Mathe. 15. irritet. Stulta enim mundi elegit Deus, ut confundat sapientiam. Marcionis Deus nihil tale. Gen. 7. Quia nec æmulatur contraria contraria redargueret. ⁷⁵ ne gloriatur omnis caro; et quemadmodum 1. Cor. 1. scriptū est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. In quo? Vtique in eo qui hoc præcepit nisi creator C. A. P. vi. præcepit ut in Deo Marcionis gloriatur. ⁷⁶ Igitur per hæc omnia ostendit, cuius Deus est de Epist. sapientiam, loquatur inter perfectos: cuius scilicet qui sapientiam sapientum abstulerit, & prudentiam 1. ad Cor. prudentium irritam fecerit; qui infatuauerit sapientiam mundi, stulta eligens eius & disponens ea salutem, ⁷⁷ Hanc dicit sapientiam in occulto fuisse, quæ fuerit in scutis & in pusilliis in honestis: quæ latuerit etiam sub figuris, allegoriis & enigmatis reuelanda postmodum in Christo, posito in lumen nationum à creatore promittente per Esaïam vocem, ⁷⁸ pacificorum se thesauros inuisibilis & occultos. Nam ut absconderit aliquid est Deus, quantum egit omnino in quod aliquid abscondisse existimaretur, satis incredibile. Ipsē si esset, potest non posset, nedum aliqua eius sacramenta. Creator autem tam ipse notus, quam scilicet sacramenta eius, palam scilicet decurrentia apud Israël, sed de significantiis obumbras, in quibus sapientia Dei delitescebat inter perfectos narranda suo in tempore, ⁷⁹ proposito con proposto Dei ante secula. Cuius & secula, nisi creatoris? Si enim & secula temporibus inveniuntur, tempora autem diebus & mensibus & annis compinguntur, dies porro & minus & anni solibus & lunis & sideribus creatoris signantur, in hoc ab eo positis: ⁸⁰ Et erunt enim, inquit, in signis mensum & annorum: apparet & secula creatoris esse: & omne quod anno secula ostendat & mundum ipsum, in quo secula deputentur, vas quadammodo temporum, & signa aliqua vel ortum eorum. Si nihil demonstrat, revertor ut traham secundum: ⁸¹ cur autem ante secula creatoris proposuit gloriam nostram? posset videri cam ante seculam proposuisse, quam introductione seculi reuelasset. At cum id facit ⁸² penes iam tortis scilicet creatoris prodactis, vanè ante secula proposuit, & non magis intra secula, quod reuelatus erat penè post secula, non enim eius est festinasse in proponendo, cuius & retinendi in reuelando. Creator autem competit vtrunque, & ante secula proposuisse, & in fine temporum reuelasse: quia & quod proposuit & reuelauit, medio spatio seculorum in figura & enigmatis & allegoriis præministravit. Sed quia subiicit de gloria nostra, ⁸³ quod cum non ex principiis huius ævi scierit: ceterum si scirent, nunquam Dominum glorie crucifixum: argumentatur haeticus, quod principes huius ævi, Dominum, alterius scilicet Dei Christum credunt, & confixerint, ut & hoc in ipsum recidat creatorum. Porro cui supra ostendimus, quibus modis gloria nostra à creatore sit deputanda, præjudicatum esse debebit, eam quæ in occulto fuerit apud creatorum, meritò ignotam etiam ab omnibus virtutibus & potestatibus creatoris: quia nec famulis licet consilia noſſe dominorum, nedum illis apostolis angelis, ipsique principi transgressionis diabolo, quos magis extraneos fuſe cōtenderem obcuram ab omni conscientia dispositionum creatoris. Sed iam nec mihi competit principes stolus: Iesum autem & ⁸⁴ secundum nostrum Euangelium diabolus quoque in tentatione cognovit, & secundum communē instrumentum, spiritus nequam, sciebat cum laetitia Dei esse, & Iesum vocari, & in perditionem eorum venisse. Etiam parabola fortis illustrata, quem alias validior oppresuit, & vasa eius occupauit, ⁸⁵ si in creatoris accipitur apud Marcionem

TERTULLIANUS
Cum Annotationib.
PAMELLI.

A. V.
16.

A Marcionem, iam nec ignorasse vltra potuit creator Deum glorie, dum ab eo opprimuntur: nec in crucem eum figere, aduersus quem valere non potuit: & superest ut secundum me quidem credibile sit, scientes virtutes & potestates creatoris Deum gloria Christum suum crucifixisse, qua desperatione & malitia redundantia serui quoque celestissimi dominos suos interficere non dubitant. ⁸⁶ Scriptum est enim apud me: Satanam in Iudam *Ibidem 22.* introisse. Secundum autem Marcionem, nec Apostolus hoc loco patitur ignorantiam a scribi virtutibus creatoris in gloria domini, quia scilicet non illas vult intelligi principes huius aei. Quod si non videtur de spiritualibus dixisse principibus, ergo de secularibus dicit, de populo principali vtique non inter nationes, de ipsis archonibus eius, de *Psal. 2.* Herode, etiam de Pilato, & quo maior principatus huius aei Romana dignitas praesidebat. Ita & quum destruuntur argumentationes diversae partis, nostrae expositiones adificantur. Sed vis adhuc gloriam nostram Dei tui esse, & apud eum in occulto fuisse, & qua- *1. Cor. 2.* re adhuc eodem & Deus instrumento & Apostolus nititur? Quid illi cum sententiis Prophatarum vbiae? *Quis enim cognovit sensum Domini?* ⁸⁷ & quis illi consiliarius fuit: *Isa. 40. et* *Elias est.* Quid illi etiam cum exemplis Dei nostri? ⁸⁸ Nam quod architectum se prudentem *1. Cor. 2.* affirmat, hoc inuenimus significari ⁸⁹ depalatorē disciplinā diuinā a creatore, per Eliasam: *1. Cor. 3.* ⁹⁰ Auferam enim, inquit, à Iudea inter cetera & sapientem architectum. Et nāquid ipse *Isa. 3.* tunc Paulus destinabatur à Iudea, id est de Iudaismo auferri habens in aedificationem Christianismi, positurus ⁹¹ unicum fundāmentum quod est Christus? quia & de hoc per eundem *1. Cor. 3.* Prophetam creator: ⁹² Ecce ego, inquit, in inicio in fundamenta Sionis lapidem preciosum, *Isa. 28.* honorabilem, & qui in eum crediderit, non confundetur: nisi si structorem se terreni operis Deus profitebatur, vt non de Christo suo significaret, qui futurus esset fundāmentum credentium in eum, super quod prout quisque superstruxerit dignam scilicet vel indignam do- *1. Cor. 3.* cīnam, si ⁹³ opus eius per ignem probabitur, si merces illi per ignem rependetur, creatoris est: quia per ignem indicatur vestra superaedificatio, vtique sui fundamenti, id est sui Christi. ⁹⁴ Nescitis *Ibidem.* quod templum Dei sitis, & in vobis inhabitet spiritus Dei? Si homo & res, & opus, & imago, & *Gen. 1.* similitudo, & caro per terram, & anima per afflatum creatoris est, tuus ergo in alieno habitat Deus Marcion, si non creatoris sumus templum. Quod si templum Dei quis vitiae- *1. Cor. 3.* rit, viriabitur, vtique à Deo templi. Vtorem intentans, creatorem intentabit. ⁹⁵ Stulti estote, *Ibidem.* vi sitis sapientes. Quare? Sapientia enim huius mundi, stultitia est penes Deum. Penes quem Deum? Si nihil nobis & ad hunc sensum pristinae præiudicauerunt, bene quod & hic afferuit. Scri- *Ibidem* ptum est enim: ⁹⁶ Deprehendens sapientes in nequitia illorum. Et rursus: Dominus seit cogitationes sapien- *Iob. 5.* tum, quod sint superflue. In totum enim præscriptum à nobis erit, nulla illum sententia vti *Ibidem* potuisse eius Dei, quem destruere deberet, si non illi doceret. ⁹⁷ Ergo, inquit, nemo gloriatur in homine. Ethoc secundum creatoris disciplinam, miserum hominem qui spem habet in hominem: & Bonum est fidere in Deo, quād fidere in homine; ita & gloriari. *Hiere. 17.* *Psal. 117.* [⁹⁸ Et occulta tenebrarum ipse illuminabit, vtique per Christum, ⁹⁹ qui Christum illuminatio- *CAP. VII.* nem reprobavit; se quoque lucernam pronuntiavit, a scrutantem corda & renes. Ab illo de Epist. erit & laus vnicuique, à quo & contrarium laudis vt à iudice. Certè, inquis, vel hic mun- *1. ad Cor.* dum Deum mundi interpretatur, dicendo: Spectaculum b facti sumus mundo, & angelis, & ho- *C. 4. 5. 6. 7.* minibus. Qui si mundum homines mundi significasset, non etiam homines postmodum *8. 9. et 10.* nominasset. Immò ne ita argumentareris, prouidentia spiritus sancti demonstrauit, quid- *a. Isa. 42.* nam dixisset, Spectaculum facti sumus mundo: dū angelis qui mundo ministrat, & homi- *p. sal. 7.* nibus quibus ministrant. Verebatur nimiri tanta constantiae vir, ne dīcā spiritus sanctus, *b. 1. Cor. 4.* præfertim ad filios scribens, quos in Euangeliō generauerat, libere Deum mundi nominare, aduer- *Ibidem.* sus quē, nisi exerte, non posset videri prædicare. ¹⁰⁰ Non defendo secundū legem creatoris displicuisse illum, qui mulierem patris sui habuit: cōmunis & publica religionis fecutus sit disciplinam. Sed cūm cum dīmnat dedendum satane, damnavoris Dei praco est. ¹⁰¹ Viderit & *1. Cor. 5.* quomodo dixerit in interitu carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini, dum & de carnis interitu, *Ibidem.* & de salute spiritus iudicabit; ¹⁰² & auferri subens malum de medio, creatoris frequentissimam *Ibidem.* sententiam cōmemorauerit. ¹⁰³ Expurgate c vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio sicut eflis az̄y. *Deut. 13.* et Num. 16 mi. Ergo azymi figuræ erāt nostræ apud creatorem. Sic & d pascha nostrum immola- *c. 1. Cor. 5.* toris. Quare pascha Christus, si non pascha figura Christi, ¹⁰⁴ per similitudinem sanguini- *d. Ibidem.* nis salutaris, & peccoris Christi: Quid nobis & Christo imagines imbuit solennium crea- toris, si non erant nostra? ¹⁰⁵ Auertens autem nos a fornicatione, manifestat carnis resurrectio- *1. Cor. 6.* nem. Corpus, inquit, non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori, vt templum Deo,

& Deus templo. Templo ergo Deo peribit, & Deus templo. Atquin vides: Qui Dominum d
suscitauit, & nos suscitabit, in corpore quoque suscitabit: quia corpus Domino, & Dominus
corpori, & bene quod aggerat: Necis corpora nostra membra esse Christi? Quid dicer hereti-
cus? Membra Christi non resurgent, quæ nostra iam non sunt? ¹⁰⁶ Empti enim sumus præ-
magno. Planè nullo, si phantasma fuit Christus, nec habuit viam substantiam corporis,
quam pro nostris corporibus dependeret. Ergo & Christus habuit quo nos redimeret, &
si aliquo magno redemit hæc corpora, in quæ ^{ex}dem committenda fornicatio non erit,
vt in membra iam Christi, non nostra: vtique sibi salua præstabit, quæ magno comparauit.
Iam, nunc ¹⁰⁷ quomodo honorabimus, quomodo tollamus Deum in corpore peritudo? ¹⁰⁸ Sequi-
tur de nuptiis congedi, quas Marcion constantior Apostolo prohibet. ¹⁰⁹ Etenim Apo-
stolus, et si bonum continentie presertim, tamen coniugium & contrahi permittit, & usi eje & mega-
retineri, quam disiungi suaderet. Plane Christus vetat diuini, Moyes vero permittit. Mar-
cion, etum concubitum auferens, fidelibus (viderint enim catechumeni eius) repudiat.
Deut. 24. antè nuptiæ iubens, cuius sententiam sequitur, Moysian Christi? ¹¹⁰ Atquin & Chilli-
1. Cor. 7. Apostolus quum præcipit mulierem à viro non discedere: aut si discesserit, manere in ruptam, ac-
conciliari viro: & repudiā permisit, quod non in totum prohibuit, & matrimonium con-
firmavit, quod primò vetuit disiungi: & si forte disiunctum, voluit reformari. Sed & con-
tinētæ quas ait causas? ¹¹¹ Quia tempus in collectio est. Putaueram, quia Deus alius in Christo,
ibidem. & tamen à quo est collectio temporis, ab eo erit & quod collectioni temporis congruit.
Nemo alieno tempori consulit. Pusillum Deum affiras tuum Marcion, quem in aliquo
coangustat tempus creatoris. Certe præscribens: ¹¹² tantum in Domino esse nubendum, ne qui
fidelis ethicum matrimonium contrahat: legem tueretur creatoris, ¹¹³ allophylorum me-
ptias ubique prohibentis. ¹¹⁴ Sed, ^a Et si sunt qui dicuntur Det, siue in celis, siue interi, appa-
quomodo dixerit, non quasi vere sint, sed quia sint qui dicantur quando non sint. de illis enim cœpit, de idolothytis disputatus: ¹¹⁵ Scimus ^b quid idolum nihil sit. Creator
a 1. Cor. 8. tem & Marcion Deum non negat: ergo non potest videri Apostolus creatorem que
b Ibidem. inter eos posuisse, qui Dei dicantur, & tamen non sint, quando & si fuissent, non tam
1. Cor. 3. unus esset Deus pater. Ex quo omnia nobis, nisi cuius omnia? Quænam ista? Habes in praecin-
omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas: siue mundus, siue vita, siue morte,
siue præsentia, siue futura: adeo omnium Deum creatorem facit: à quo & mūdus, & mū-
1. Cor. 9. & mors, quæ alterius Dei esse non possunt. Ab eo igitur inter omnia & Christus, ¹¹⁶ ex-
bore suo unumquenque docens vivere oportere: satis exempla præmisserat militum, pauperum, religiosum,
ibidem & sed diuina illi auctoritas deerat. ¹¹⁷ Legem igitur opponit creatoris ingratia, quam deli-
bat: siue enim Dei nullam talem habebat: Boui, inquit, tenenti os non obligabis, & aquicin. Ne
Deut. 25. quid de bubis pertinet ad Dominum, etiam de bubis propter homines benignum? ¹¹⁸ Propter
1. Cor. 9. enim scriptum est, inquit. Ergo & legem allegoricam secundum nos probavit, & de Evangelio
ibidem. viuentibus patrocinantem: ac propter hoc non alterius esse Euangelizatores, quam cui
lex, qua prospexit illis cum dicit: propter nos enim scriptum est. Sed noluit vel legi peccare
ibidem. quia maluit gratis laborare. Hoc ad gloriam suam retulit, quam negavit quenquam eu-
1. Cor. 10. rum, non ad legis destructionem, qua alium probavit virum. ¹¹⁹ Ecce autem & in gen-
ibidem. offendit cæcus Marcion, de qua bibebant in solitudine patres nostri. Si enim petra illa Cælio
fuit, vtique creatoris, cuius & populus. Cui rei ¹²⁰ figuram extranei sacramenti interpre-
tatur? An ut hoc ipsum doceret, figurata fuisse vetera in Christum ex illis receperendum. Num
ibidem. & reliquum exitus populi cursurus præmittit. Hæc autem exempla nobis sua facta. De
michi à creatore alterius quidem ignoti Dei hominibus exempla sunt facta, an alius Dei
ab alio mutuantur exempla, & quidem a mullo? De illo metteret sibi, à quo fidem meam
transfert. Meliorem me illi aduersarius faciet. Iam si deliqueremus ^c & populus, ex illis
pauperes sum, an non? Atquin si non eadem, vanè mibi timenda proponit, que non sum pa-
perus. Pauperes autem à quo ero? Si à creatore, qualia infligere ipsius est. Et quale est in
peccatore mullo sui puniat magis, quæam è contrario foueat Deus zelotes? Si ab
Deo? Atquin punire non nouit. Ita tota ista propositio Apostoli, nulla ratione conflit,
ibidem. non ad disciplinam creatoris est. Denique & in clausula prefationis responderet. Hæc autem
quemadmodum euenerunt illis, scripta sunt ad nos communendos, in quos fines eorum decumendos.
creatorem & præscium iam & admonitoré alienorum Christianorum. Præterea, si que-
do paria eorum quæ retractata sunt quædam, & breuiter expungo. ¹²¹ Magni argumen-
tum Dei alterius, permisso omnium obsoniorum, aduersus legem: quasi non & ipsi conser-
vantes.

136. Adat aliquem Psalmum, &c.] Ad ludie hic ad illud quod precedentibz premititur apud Apostolum: Vnusquisque vestrum Psalmū habet, &c. Στρατηγὸς (quam verit. Author: visionem) habet; interpretationem lingua habet. Sic enim legit Author pro eo quod est: lingua habet, interpretationem habet, ponens etiam intermedium: orationem, pro eo quod Apostolus habet: doctrinam. Quod verò addit: in ecclasi, id est, amentia, & illud: mulierem apud se prophetasse, &c. ad Maximillam Montanis pedissequeant, atque adeò ad errorem Montanistarum (de quo inter Paradoxa Authoris) pertinet; ubi etiam de ecclasi, sicut & infra ad fragmenta sex liberorum eius argumenti Tom. 4.

CAP. IX.

137. Interim Marcionites nihil huiusmodi exhibebit, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Ex eiusdem Epistol. 1. ad Cor. cap. xv. parte priore; ubi eadem ipsa pleraque repetit, que supra lib. de Resurr. carn. locu max citandis, que ipsa etiam adserit B. Epiphanius. Confut. 16. Legit autem ex conjectura Rhenan, in margine: qui timerat iam, pro: qui tum etiam, ob easdem plane litteras, & ex altero MS. Vatic. pronuntiare, pro: prenuntiare.

138. Mortuorum resurrectionem quomodo quidam tunc negant, &c.] De hoc ibi cap. 48. De illo verò: quod vulgus ipsum defunctos colebat, &c. Ceterum corpora, aut ignibus statim, aut feris, &c. abolebat, cap. 1. ubi latius & nosfris Adnot. num. 2. & 3. De proprietate vocabulorum tam mortuorum quam: resurrectionis, cap. 18. ubi etiam citat illud Gen. 3. Terra es, & in terram ibis. Rursum de illo: Quia per hominem mors, & per hominem resurrectione, cap. 48. ubi mirum est non addi: mortuorum, quod habent additiones omnes. Et ibidens de illo: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificabuntur; quod hic paulo ali- ter in prima persona expressit: sicut Christo vivificatur omnes sicut mortificamur in Adam. sed co-tempore variabant exemplaria.

139. oportet enim regnare eum, donec ponat inimicos eius sub pedes eius, &c.] Sic ad verbū ex Graeco, quando etiam supra lib. aduers. Hermog. c. 1. ad eundem aduersum locum, sicuti & lib. de Carne Christi. c. 15. ubi prosequitur: carnem nō statim resurrecturam,

NNN ij

nondum enim, inquit, Christus inimicos suos opprimit.

140. sede ad dexteram meam, &c.] Ea occasione, Psalmi 109. maiorem partem hoc loco explicat, quam ex illo id quod praecepit, desumpsit Apostolus; docens non posse, iuxta quod Iud. et detorquent, in Ezechiam competrere, sed in solium Christum. Variat autem in ipsis his verbis, pro eo quod alij omnes: a dextris meis. Proclus et cum B. Iustino Mart. adu. Tryphon. lego: & dominaberis, pro eo quod alij editiones omnes: dominate, vel: dominabitur. Negat autem dominatum Ezechiam in medio inimicorum suorum.

141. quia is, aiunt, sedit ad dexteram templi, & hostes eius auerterit Deus & absumpserit, &c.] Rhenanus hunc locum castigavit, quia is federit; sed malo cogere: quia is, aiunt (nempe Iud. si) fedit ad dexteram templi, pro eo quod erat in prima editione: ait; quamquam etiam hoc ipsum: ad dexteram templi, de suo addidisse videtur Iudei; neque enim aliud habetur 4. Reg. 19. aut Ias. 39. quam quod Ezechias ascenderit & intraverit in domum Domini. Verum deumpsit totum istud. Author ad verbum ferre ex B. Iustino Mart. adu. Tryphonem. Illud, inquit, Dicit Dominus Dominus meo: Sede a dextris meis, &c. in Ezechiam dictum esse. Magistri vestri & Rabini exponere sunt aucti, prouide atque is iussus fuisset in dextera templi parte sedere; quando per nuncios suos ipsum Rex Assyriorum minus terruit, & per Iasiam, ut illum non timeret, ei est significatum; & que Iasius dixerat, re ipsa conigerint, ut auctor fuerit Rex Assyrius, quoniam oppugnare Hierusalem in diebus Ezechie; & angelus Domini in castris Syriis ad 185. millia virorum caderit. Atque est ibi Ellipsis, & cetera: Ante luciferum, ut subinclusus gatur nempe illud: Ante luciferum, & sequentia.

142. & in Ezechie natilitatem, &c.] Recte istud refutat aduersus Ebionos her. 30. B. Epiphanius probans ex scriptura Ezechiel, cum predicate Iasus c. 11. Ecce virgo concipiet, naturam fuisse annos XI. B. Iustino sufficit dicere, quod Ezechias ex virgine non fuerit natus.

143. Nos adimus Euangelia, &c.] Hic protestatur quod Marcius tum Eu&ely Luca tria priora capita, tum totum Matthiae Euangelium reiiciens, adferre volens ex cap. 2. Luca & 4. Matthiae testimonia; quia ipsa etia pauperrimus adlegat B. Iustinus.

144. Cur autem adiecit: ex vtero, &c.] Istud in simili etiam exposuit Author supra lib. 3. adu. Marc. cap. 20. tractans illud Psal. 131. Ex fructu ventris tui ponam super thronum tuum. Legimus vero cum altero Vatic. MS. cod. ex his est Deus, voce Tertullianica, pro: dixisset.

145. Quod & in ipso hic accedit, &c.] Tum ex interpretatione Rhenani, tum ex altero MS. Vatic. supplemus: in ipso, nempe Christo, ut ille respondeat, qui etiam accedit accipit, pro: accedit, ut infra: Demutatio adscribes qua accedit resurrectioni. Porro quod & in ipso, aperte resertur ad id quod sequitur: Tu es sacerdos in eum. Nam & sacerdotium Christi spirituale est.

146. nec sacerdos autem Ezechias, nec in eum eti fuisse, &c.] Istud etiam penes ad verbum ex Iustino, qui similiter adfirmsat non fuisse Ezechiam sacerdotem perpetuum secundum ordinem Melchisedech, quod eodem Psal. 109. de Christo assertur, immo nec sacerdotem, ut pro Regem Iuda. Atque in sequentibus loquens de Christi sacerdotio secundum

ordinem Melchisedech, tacite ad Apofstolum ad. ludit ad Heb. 7. & de acceptatione Abrah& genit. ad eundem Rom. 11. ubi indicat omnem Israe& saluum, re postquam plenitudo gentium intraverit.

147. Est & altius Psalmus ita incipiens: Deus iudicium tuum Regi da, &c.] Etiam hoc quasi dicitur sumi sit ex eodem scripto B. Iustini Mart. adu. ante: Sunt & alia, inquit, supra adlegata, & David prolata verba (nempe Ias. 71.) que in Submonem concepta & scripta esse infipient adveratis; qui id ex illo solo probat: Ante solem manebit nomen eius. Author certe multo plus admittit, que in illum competere non possunt; addens schismatis locum tractasse occasione illius quod in media psalmorum sit: Inimici eius puluorem ligant, lumen ei virtute, inquit, pedibus eius. Nihil autem differt ab aliis huius Psalmi versionibus. Author p. quod legit: Descendit tamquam imber, p. Descender. Similis vero est locus supra Tim. in finib. aduersus Iud. ex Psal. 2. & 44. & Ias. 55. Aquila paulopius suppleo ex altero Vatic. MS. cuius nomen eternum, quis precepsit: in eum.

148. Contra Salomon (audio dicere) etiam quam habuit in Deo gloriam amavit, &c.] De hoc vide supra Adnot. nostras lib. 2. aduers. Marc. cap. 23. num. 152.

C. A. P. X.

149. Reuertamur nunc, &c.] Capit. hoc in multis: De ciuilem Epist. 1. ad Corinth. cap. xv. posteriori.

150. AD RESURRECTIONEM, CIVITATIS QVIDEM PROPRIO VOLVIMUS SATIS FECIMVS, &c.] Hic handabili signo librum de Resurr. carnis, ut potest quo omnibus hanc tis restiterit, in, inquam, omnibus qui Christiani non oppugnabant, nempe Sadduceos, Marcum, Iulium, Valentino, & Apelli, quorum una lib. cap. 2. nominatum.

151. Quid, ait, facient, qui pro mortuis baptizantur? &c.] Istud ipsum tractavit eiusdem libri ad. ubi, sicuti num. 347. hinc adorauimus quemdam loci intellectum faciebant, ita vicissim hancem hanc diorem reddunt qua illic habentur. Exempli gratia, quod hic dicit: vanè illos pro mortuis baptizant, deinceps presumptione id illos instituisse; & quod post hoc explicat pro mortuis tinguere, pro corporibus est tinguere (sic enim biss lego more Tertullianus primi) &: Quid facient, qui pro corporibus baptizantur? clarissimi ibi expressi: Quid & ipsos baptizari ait, si non que baptizant corpora retrahunt? Anima enim non lauatione, sed regeneratione sanctificatur, id est, more Tertullianus, sanctificatur. Atque ad huius loci intellectum facere, quod hunc de Marciensis in hunc locum Theophilactus, abstatuit Dn. Latinus; quod nempe quoniam non baptizant animis apud ipsos moriebatur, sed defunctis letali aliquatenus occubebant, qui Marciensis circumstantibus, ac quantibus a mortuo, velleine baptizari, responderet: Plus quem prout pro defunctis baptizabant, sive hoc apostoli testimonio defendentes, verum tamquam presumptionem id utroque traducit Author, & prout ait dat sensum iam dictum.

152. Viderit institutio ista; Kalenda si est Februarie, & cetera.] Sic mala distinguere etiam

TERTULLIA
Cum Annotationib.
PAMELI.

A. V.
J. 6.

cum Rhenano, quād quod habetur vulgō: Viderit institutio. Ita Kalende, &c. magis enim illud ad phrasin Tertullianam pertinet. *Ad si dicat:* Viderit institutio ista, nēmē baptizari pro mortuis fortē (id enim significat Auctori; si fortē) Kalende Februario, id est (sicut recte Rhenanus) sacra, quibus hoc mensē Romanū populus februbatur, id est lustrabatur per ignem, respondebunt illi, nēmē Marcion, petere pro mortuis, ut patet baptismum pro mortuis. Quasi proinde (uti idem) significetur lustratione Februalis loco mortuorum baptismationem fortassis succēsse apud quosdū Christianos, & ex illo lustrandi rito solenni irrepsisse. Hoc enim ille non male. Nam Kalendarium Februario etiam sūm simili ritu visitarum meminit B. Chrysostom. homil. de Kalendis. Illi etiam Ven. Beda consenit lib. de Temporibus, ceremonias ardentiōnē ceterorum, quos hodie Christiani eo die qui Purificatio Marie dicantur, ex more circumserunt, à Februalibus Romanorum sacrī originē sumpsisse. Ita, inquit, pertinaci paganismō mutatione subuentum est; quem rei in totum sublatio, potius irrūsor.

153. denotare, &c.] Pro arguere (inquit idem Rhenan.) ut lib. de Patientia, c. 3. Parum hoc, si non etiam proditorum suum secum habuit, nec constanter denotauit.

154. Habemus illū alicubi vnius baptisimi definitorem, &c.] Nēmē Ephes. 4. De quo ipso vide supra late tractatum adū. Anabaptistas ab. de baptis. cap. 15. & ibidem in Adnotacionibus nostris, sūm autem illud legas, sive cum altero Fatic. MS. diffinitorem, perinde est. De Prouerbio: hunc gradum figimus, vide nostra Prolegomena. Adnotat. verò recte Rhenanus legi posse: disceptationem, pro: discrepationem; sed quod hoc sit in MS. Varic. nolui quid immutare.

155. Sed dicit quidam: Quomodo mortui resurgent; quo autem corpore veniēt, &c.] suprā loco iam dicto lib. de Resurr. carne, legit magis secundum Auct. apostolum: Sed dicit quis. Et utrobius magis consentit Gracis exemplarib[us], qui legunt ἐπιστολ[α]ς, & ἐργατ[α]ς. Et verò quo corpore, tractat Lariv. cap. 52. Et quid èodem corpore venient, eiusd[em] lib. cap. 56. 60. 61. ac 62. Adque contra alios hæreticos, nēmē Valentiniū & Apellem, qui non negabant resurrectionem, sed alterius qualitatis carnem futuram adserebāt; non contra Marcionem qui resurrectionem carnis in totum negabat, soli animas salutem removimenter, vteiūd[em] lib. cap. 2. de utrisque manifestum sit.

156. obducitur, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) cōvincitur, subaudi, Marca. Hoc verbo in hunc sensum crebro viuit, ut suprā adnotauimus, & infra sumus adnotaturi.

157. Denique si proponit exempla grani tritici, &c.] Adiudicat ad illud etiam suprā tractatum, c. 52. Non quod futurum est corpus seminarum, sed nudum granum, si fortē (ē τύχοι) tritici (sive frumenti) vel aliquius eiusmodi. Deus autem dat illi corpus prout voler (Grac. ἡγέρνεται) & vnicuique seminum proprium corpus. Et sic enim lego, pro: vt) alia quidem carnem hominum, aliam verò pecudum & volucrum (omisso hic quod ibi addit: aliam pisciū) Et corpora coelestia atque terrena, sive, vt ibi legit: supercelestia; & aliā gloriam solis, & lunę alia, & stellarū aliam. De quibus vide ibidē Adnot. nostras.

158. Sic & resurrectio, &c.] Pulcrē id explicat Auctor sicut et sequentia, que sic supplemus: Scitur in corruptelā; resurgit in honestatem & virtutem; nam apud Apostolum, & suprā sic legitur, immō ibi latius citantur Apostoli verba; vbi vide Adnotat. notat. num. 379.

159. Proinde et si scitur animalē, resurgit spiritale, &c.] De hoc ibidem Auctor, & latius cap. 13. vbi vide Adnotat. nostras in eadem pene verba per totum caput, & latius inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis de illo: Etsi habet aliquod proprium corpus anima vel spiritus.

160. dici capit, &c.] V. n. (inquit Rhenan.) huius verbi capit multis iam locis adnotauimus. Sic enim vertit quod Grac. οὐδέ γά τοι dicitur, quo & illi imperonaliter vti solent. Hic cantum valet a se diceret: recidit in appellationem ut animale dicatur, sive mereor animale dici. Sic lib. de Resurr. carn. c. 26. Quā & patrum dici capiat, & lib. 3. adu. Marc. cap. 6. Id enim intelligi vel non intelligi caput.

161. Non primum quod spiritale, &c.] similiter vertit suprā quod habet. Apostolus post verba sequentia, & id ipsum etiam Auctor indicat illis verbis: Ad hoc enim & de ipso Christo praefruit, &c.

162. Factus primus homo Adam in adamam viuam, &c.] Adnotatu dignum quod subdit: hereticum stultissimum (nēmē Marcionem) posuisse Dominum nouissimum pro nouissimo Adam; vti hinc confit, hæreticis vistata scripturarum immutatio.

163. Eodem modo & in nomine hominis reuincentur, &c.] Nēmē Marcion, eo quod substituerat: secundus Dominus de celo, pro eo quod Apostolus: secundus homo de celo. Quam variam lectionem conicio in causa fuisse, ut explicationis & reminendarum hæreticorum gratia, legi caperis apud Grecos iam etate B. Chrysostomi & Theophilacti, o δέ δέκατος τρίτη πρώτος οὐδέποτε εἴτε Λεξις, id est: secundus homo ipse Dominus de celo; nec alter Syriac; quamquam interim vulgata Latino interpr̄t̄ti, & ipsi Tertulliano consentiāt̄ BB. Ambr. & Hieron. alicubi. Quare nec addit Auctor: Sequentia cum (Marcionem nēmē) comprimit; Qualis qui de terra, tales & terreni, & qualis coelestis, tales & coelestes; vbi subintelligi hominem aut homines adnotat. Atque de intellectu huius scripture vide suprā lib. de Carne Christi, cap. 8. & 17.

164. Sicut portauimus, inquit, imaginē terreni, portemus & imaginē coelestis, &c.] Etsi hic adnotāda Auctoris explicatio: Portemus enim, inquit, non portabimus; praeceptum, non promissum; contra Erasnum, qui opinatur aptius esse hunc loco futurum tempus; atque adeo etiam minus tolerando Latina vngate & editionis Iſidori Clari cestigatio, qui substituit: portabimus, pro: portemus; quoniam istud legari non modo Latin B. Cyprian. lib. de Dis. & hab. virg. lib. de Zelo cestigio, lib. 2. Tertii. cap. 10. & lib. 3. cap. 11. B. Ambros. in Comment. sed etiam Gracolatinus B. Iren. lib. 5. cap. 9. Immō Gracius Theophilactus, vel Erasmus teste, utramque lectionem interpretatur, & insuper quidam Graci codices legunt ἀφέσθωσθαι, id est: portemus, pro eo quod aly, φορέσθωσθαι.

165. Hoc enim dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, &c.] Istud latissimum tractat lib. de Resurr. car. Tertullian. c. 49. 50. & 51. quōd, & ad Adnotat. nostras ibidem Letorem remittimus; prout etiam de illo ad Gal. 5, vbi operibus carnis abstulit regnum Dei, & quod alias (id est alibi, nēmē Rom. 8.)

Adnotat.in lib.V.

976

dicit Apostolus: Eos qui in carne sunt, Deo placere non posse.

166. Ita & corpus carnalium operum vas est, anima est autem quae in illo venenū alicuius mali facti téperat, &c.] De hoc Autoris loquēdi modo, præterquam quid supra adtigimus lib. de Anima, cap. 40. num. 455. vide latius nostra Prolegomena inter Paradoxa ipsius.

167. merebitur Dei regnum per expiationem eorum quae in corpore admisit, &c.] Facit etiam hic loca, sicuti plurimi alij supra pro meritis operum, contra hodiernos hereticos.

168. Resurgent enim mortui incorrupti, &c.] Alio ordine hac citat Author quām habeatur apud Apostolum. Illa enim verba ibi intermedia primo loco ponit, & dēcēdē coniungit, sicuti etiam supra lib. 3. adu. Marc. cap. vlt. Et nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu; vbi videtur pro illorum sententia facere qui legunt: ēv ποτὲ οὐ φθάλμος, pro eo quod alij: ēv πτυχη, id ēt in ita, supra interīm lib. de Resurr. carn. cap. 51. eodem quidem modo legit, sed ordine Apololi seruato. De demutacione autem quid Apostoli dicunt, vide supra dict. lib. de Resurr. carn. cap. 41. & 42. etiam de illo quod p̄screb̄t ab Autore explicatur: Opteret enim corruptiuūm hoc, &c. induere incorruptionē, &c. & de illo Matth. 22. Erimus sicut angeli Dei, eiusdem lib. cap. 62. Quibus locis vide & Adnot. nostras. Acqui castigamus mox secundūm vestigia alterius Vatic. MS. iuxta quod etiam supra no. 165. caro & sanguis regnum Dei non cōsequetur, pro: consequeatur.

169. accedit resurrectioni, &c.] Accedere (inquit Rhenan.) frequenter v̄surpar accidens esse; ut in precedentibus: Quod & in ipso hic accedit, & paulo ante: Nisi ex accidentibus cui magis competant.

170. Vbi est mors victoria tua, vel contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? &c.] Sic hic ex MS. Vatic. addentes tua: iterum legentes: vel; pro eo quod substituerat Rhenanus vbi. Volut enim Author indicare variā eius loci lectionem tam Graciam, quam Latinam, de qua supra latius Adnot. nostris in l. de Resurr. carn. cap. 51. num. 368. nisi forte ex margine irreperitur: victoria tua vel; nam Author v̄stantam esse lectionem: vbi est contentio tua, quamquam ordine verborum sequērium immutato, ibidem offendimus.

171. Nec alij Deo gratias dicit, quid nobis vitoriam, &c. præsterit, &c.] Quum hic nihil variet a vulgato Interpretate, videtur probabile, utramque illam lectionem Author adidisse, quum etiam hic & vñicos v̄surpet Ep̄politus. Ceterum ex cap. XVI. Ep̄st. prioris ad Cor. nihil adiit tanit Author, neque etiam B. Epiphanius, puto quid id Marcion residuisse.

CAP. XI.

172. Si Deus cōmune voluntū factum est, &c.] Titulum veterem ad marginem sic auximus: DE EPISTOLA II. AD CORINTHIOS ex cap. I. III. & IIII. nam ex II. nihil adiit. Acqui recte addit: virtus erroris humani, ad idolatriam adludens, qua plures Dei dicuntur & creduntur; de qua supra T. I. Apologet. adu. Gent. & Tom. 2. l. de Idolol. locis quam plurimi.

173. Benedictus tamē Deus Domini nostri Iesu Christi, &c.] Istud adiit ex Apostolo 2. Cor. 1. sicuti quod mox subiungit: misericordiarum pater, explicans ex scripturis Gen. 1. & Daniel. 3. illud: Benedictus, &

cōtinē & passiū.

174. & ab vniuersis benedicuntur, habes Danic. lem, &c.] Quum istud citetur iuxta Theodotinū & LXX. non vero iuxta Hebreos, Danielis 3. vbi temp̄ hymnum cantasse leguntur: Benedicite, in quo ab vniuersis benedicitur Deus; confirmatur illus canus electoritas. Quod etiam Rufinus lib. 2. adserit. Et Hieron. in libro & ipse Hieron. lib. 1. Inuenit in eundem, & l. Au. ḡist. sermon. 47. de Sanctis, agnoscunt iam tum in eccl̄ia usitatum fuisse. Citantur quoque alibi scripti, uallor, ab Autore ipso quadam cancius verba. Quae & à B. Cyprian. lib. de Orat. Dominica citatur illud item apud Hebreos desideratum: Tunc illi tres quibz ex ore hymnum canebant, & benedicabant Dominum.

175. misericors & miserator & misericordiz plurimus, &c.] Ordine verborum immutato, & ph̄s. citat istud ex cap. 3. Ione, addit: & misericordiz præstitam Niniuitis, Ion. 3. Ezechiel. 4. Reg. 10. Achab. 3. Reg. 21. & David. 2. Reg. 12. de quibz prenibz, iijdem verbis, supra lib. 4. adu. Marc. cap. 10. longior autem ex altero MS. Vatic. cod. more Tertullianus: Iacob. 1. pro: Iezabel.

176. Accidens enim est quod adscribitur, &c.] Prolata definitio Accidentis.

177. Sic & testamentum novum, &c.] Quod aliud agens transit ad illud 2. Cor. 3. Qui idem in isti ministris noui testamēti, non littera, sed spiritus, quare recte Rhenan. & Rigaui: etiā non littera, sed spiritus. Adiit etiam ad id quod procedit: ad hanc Dei viam, non in tabulis lapides, quām subiungit: Dei que qui litteram tabulis lapideis (Exod. 24) inderat, idem & de spiritu edixerat. Evidēnter, & Iosel. 3. Rediens verò ad verbū 2. Cor. 3. Ecce si inveniūt, spiritus verò vivificat, id comparari conſpira Deuter. 32. non semel supra citata. Aquilini, aduers. Marc. ex Ep̄st. 11. ad Corinth. Confut. non in medium adfere illud. 1. Quotquot enim similes missiones Dei, in ipso ipsum etiam sunt, quantum & per ipsum; Amen Deo.

178. Olim duplēcē vim creatoris vniuersitatis, & iudicis & boni, &c.] Sic legimus ex altero MS. cod. pro: vindicamus; quia adiudit ad 3. lib. illud. Marc. cui hunc titulum dēlinuimus: DE DEO VITIA ET TAMEN OPTIMO.

179. Cōmemorat & de velamine Mordechai faciem tegebat in contemptibile filii Israhel. &c.] De hoc quid sumpt̄t Ep̄politus ex cap. 34. Evidēnter supra Adnot. nostris lib. 4. adu. Marc. cap. 21. vñico 344. Acqui & istud, & quod sequitur. Si dōcēritatem maiorem, & c. magis paraphrasat, ut ut Apostolo, quām ad verbū. Legimus Moysei propositū ex Vatic. 2. MS. idque tum hic, tū paulo post etiam p̄cipit.

180. Sed obtutū sunt sensus mundi, &c. & non habet quid Author in hac translatione Latine interpretat, quantumvis Graecū sit: ἐπειδὴ γὰρ τὸν μέτωπον. Quibus consentit etiam B. Cyprianus lib. 1. aduers. Iud. cap. 4. quare & hunc liberat. Clari & Rigaui: obsecrati sunt. Legimus verò ex altero Vatic. MS. cod. more Tertullianico: De Israēl (pro: Hierach.) emendat: ad hodiernum usque velamen idipsum (audi, impositum est) in corde ipsorum. Sicut enim differit in eo quod sequitur, nisi quid phras̄ sua hinc dependenti alter: Quum verò conuerterit ad Deum (per conuersus fuerit) auferetur velamen.

181. Dicit ergo nos iam aperta facie, &c.]

TERTULLIA
Cum Annotationib.
PAMELI.

A. V.
J. G.

variat ab aliis. *Auctor*, quod legat dumtaxat: contemplates Christum, pro gloriam Domini; magis vero Graeco contextui conuenit illud: eadem imagine transfigurata gloria, &c. in gloriam, ubi Parenthesi distinximus intermedium illud (qua scilicet & Moyses transfigurabatur à gloria Domini).

182. tamquam à Domino (inquit) spirituum, &c. Quod mirum est, differt hic ab editionibus omnibus. *Auctor* legens: à Domino spirituum, quem omnes legant in singulari, aut: à Domini spiritu; quemodo B. Ambro. Theoph. & vulgatus Interpres aut: à Domino spiritus, sicuti Graeci codices hodierni; aut: à Domino spiritu, velut Graci quidam & Syrus Interpres; aut denique ad Domini spiritum, si mendosi non sint codices, quemadmodum B. Augustinus lib. de Civitate Dei 22. cap. 29.

183. Nos contraria dicendum dicimus: In quibus Deus; deinceps: aui huius excauit mētes infidelium, &c.] Sic *Auctor* istud 2. Cor. 4. distinguuit, aduersus Marcionem, qui legebat: In quibus Deus aui huius, &c. quamquam interim paulop̄ nihil facere pro Marcione offendat, etiam distinguuntur posteriores modi, si per Dominum aui huius interpretentur diabolum; offendens denique profr̄ illius interpretatione de Deo creatore, repugnare quod sequitur: quoniam Deus qui dixit ex tenebris lumen splendescere, relaxit in cordibus nostris ad illuminationem agnitionis sui in perfume Christi. Sic enim, iuxta Apostolum, & ipsum Autorem s̄p̄r̄ lib. de Resurr. carn. cap. 49. distinguo, nouam periodum ibi incipit: Quis dicit: fiat lux? Quem postremum locum Apostoli B. Epiphanius adiuv. Marc. adfert Confut. 2. ex hac 2. Epist. ad Cor. Atque priorem illam distinctionem (quam magis etiam probare videtur Tertullianus) defūspit ex B. Irenaeus lib. 3. cap. 7. qui etiam similes locos hyperbat plenus ex Apostolo citat; quas sequuntur B. Chrysostomus, & alij Graci, quod difficile esset explicare quomodo diabolus Deus huius aui diceretur. Posteriorē manuerunt amplecti B. Cyrillus citantibus Scholis Graecis, et B. Ambrosius. Vtramque adtingunt & B. Chrysostomus. & B. Augustinus lib. 22. contra Faustum, cap. 2. & 9. putans nihil absurdum esse, Diabolū vocari Deum huius aui, quum dictum sit ab Apostolo: Quorum Deus venter est; & in Psalmo: Dīgentium demona. Profr̄ autem legendū: Ita non huius aui Deus, pro: Ita esti, quia hactenus priorem sensum prosequitur, posteriorē dumtaxat iniquiō eo loco. Et politum, &c. ubi etiam sustulit illud: esse: quum sequatur: huius aui Dominum (enī potius: Deum, quamquā noluerim immutare, quod illud legant etiam M. P. A. diabolum interpretari. Atque: confertūs victoriae, in Genitio, pluris est Tertullianus (etiam adnotante Rhenano) & na, Grecum est Adverbium, pro certe, profecto.

184. Ego similis altissimi, ponam in nubibus thronum meum, &c.] Ins̄p̄ta ca. 17. citat istud Iā. 14. magis conformiter editionibus omnibus (nam hic ordinem immutauit) Ponam in nubibus thronum meum, ero similis altissimo. Et autē veraque lectio bona, sine: altissimi, sive: altissimo. Peruntamen adhuc paulo alter legentes editiones aliae, utpote priori loco: super astralē, ponam thronum meum, & deinde: ascendam super nubes. Supplēmus autem paulop̄: Et de illuminatione mundi, &c.

185. Significatum est (inquit) super nos, &c.] Reculapris est hoc *Auctor* Psal. 4. lectio, pro eo quod alij

omnes transferunt: signatum est; verū videtur *Auctor* legisse ἐπιγράψ̄n derimat. οὐκέτιος, quod significo, & signo, verti potest, pro eo quod hodie Graece legitur εν μειόν, οὐκέτιος. Atque de Phras̄ Tertullianica, qua personam, Graecē τριάντα, hic pro facie quater interpretatur, vide supra lib. 3. adu. Marc. cap. 6. no. 39. sicut etiam de illo ad quod videtur h̄c alludere ex Threnor. cap. 4. Spiritus persona nostra Christus Dominus, quā addit: Persona autem Dei Christus Dominus.

186. Qui est imago, inquit, Dei, &c.] Relit p̄mittit: Vnde & sup̄r̄ Apol. Iulius, quia interponitur ab Apostolo ante illud: Quoniam Deus, &c. sicut etiam Euangelij sentio, quam primitit Apostolus: ut non fulgeat illuminatio Euangeli.

187. quam nos ad Ephesios prescriptam habemus, haereticī vero ad Laodiceos, &c.] De hac Epistola aduersus Marcionitās etiam producit testimonia infra cap. 17. ubi explicatur etiam illud: Meminisse Nationes, &c. sed longe alii verba magis Apostolo congruentibus, de quo primiti ibi latius num. 270. Hic dumtaxat inde castigamus; etiam sine Deo essent, pro: sine Domino, maxime quā illud explicans subiungat *Auctor*. Ergo si Nationes sine Deo dixeris esse.

188. Quale est autem, &c.] Relit ad Apostolum 2. Cor. 4. ubi bene habet quod cum Interpret̄ vulgato veritat: si filiis, quod Graecē εἴη διπλάκων, idque non semel, ap̄t̄simē vero transferunt vox Graeca: οὐδὲ δολοί, eminentia, non ab Autore dumtaxat, sed & a B. August. Epist. 154. & serm. 15. de verbis Apostoli.

189. in quibus tanta nos pati dicit, &c.] Tribus verbis duos versus Apostoli expressit *Auctor*, addens ex verbis sequenti: in quibus eriam mortificationem circumferimus Domini; si enim profr̄ legimus pro: Dei, tum quod nullo modo huic loco id competit, tum quod Graecē fit τὸ κυρεῖναι, ubi Latine hodie legitur feste Christi, tum denique quod mox subiungat: in qua & mors Christi circumferruit (nam eo modo vertit etiam B. Ambrosius vēp̄wōtō) Et rē mors Dei imprōpri diceretur etiam de Christo, quod ipsum tamen paulop̄ repetit, legens cum B. Ambrosio, sicuti Graecē est: vt & vita Christi manifestetur in corpore nostro, & recte, quā apud Apostolum repeatat: in carne nostra mortali. Atque B. Epiphanius, adiuv. Marc. ex Epist. 2. ad Corinth. Confut. 3. scribit resūdīs intermedium illud: sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, inter illa Apostoli verba: Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur.

190. Et quomodo in sequentibus non ad visibilias, &c.] Hic nullum ordinem verborum Apostoli observat; nam ad temporalia & aeterna nos adhortatur in fine capituli; ubi bene habet temporalia, non temporaria, quod Graecē fit τὸ γονατεῖσθαι. Et multo ante premititur ab Apostolo quod hic sequitur: exteriore hominem nostrum corrumpi, cui etiam vel ipso teste premititur: Et non deficitus; ubi mirum est sic legi, quām additiones aliae legant: deficitus. Deinde sequitur: interiorē hominem nostrum renouati de die in diem. Atque de exteriori & interiori homine, vide latē tractatum s̄p̄r̄ lib. de Resurr. Carnis, c. 40. 41. 42. 43. & 44.

CAP. XII.

191. Terreni domicilijs nostri, &c.] Caput hoc inscripsimus: Ex eiusdem Epistolæ ca. 5. 6. 7. 11. 12. & 13.

NNN iiiij

TERTULLIA
Cum Annotationib.
PAMELI.

A.V.
16.

978

Adnotat.in lib.V.

nam ex 8. ac 10. & 14. capitibus nihil adserit. *Auctor*, sicuti nihil ex his omnibus b. Tiphianus. *Atqui ex eo quod supra lib. de Resurr. car. cap. 41. ostendimus, num. 290. legi debere: terrena domus nostra pater etiam hic legi debere: Terrenum domicilium nostrum, pro eo quod erat. Terreni domicilij nostri. Benè autem habet quod cum vulgare Interpreti interpretetur: non manufactam, vocem Graciam aexportavit; ubi profectus substitutus: in celis, prout habet tum Apóstoli, in Au-*

toris loco citato: pro: in celo.

192. Ingemere nos de isto tabernaculo corporis terreni, quod de cœlo est superinduit cupientes, &c.] Sic distinguendum esse hunc Apóstoli locum ibidem tradidimus num. 291. ex quo loco triam, & ipso *Auctore pauloposi castigamus: superinduit, pro: superinducat. Vbi etiam tractatur illud: Siquidem & despoliati non inueniamur nudi; si enim ex eodem loco secundum Apóstolum castigamus, pro: inueniemur. Hic autem paraphrasticus transfluit de hoc tabernaculo corporis terreni, pro eo quod duxit atque ex sequentibus hisce verbis: Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis (vbi addit: corporis ad explicationem morem) ingememus quod grauemur, &c. vbi haud dubie legit vocem: &c. que hodie Gracem desideratur, & vertitur à vulgato Interpreti.*

193. qd in prima Epitola strinxit, &c.] Loquitur de i. Epif. ad Corinth. Adnotat autem Rhenan. acipi: strinxit pro: perfixit, hoc est obiter indicant, vel leuiter adgit.

194. ut deuoreretur mortale hoc à vita, &c.] De hoc vide supra eiusdem lib. de Resurr. car. c. 42. nn. 296. & latissime ex proposito, soto cap. 54. Sicuti de illo: & arrabonem nos spiritus dicit à Deo habere, cap. 51. num. 366.

195. & abesse à Domino, &c.] Vide & de hoc supra dict. lib. cap. 43. n. 304. & 305. Vbi interius legit peregrinari à Domino non semel, quod hic bis transfluit: abesse; ut magis explicet verba illa. Graeca contraria ἀδικεῖσθαι & ἀδικεῖσθαι; & hic: non ducere veritatem, quod ibi: bonum ducere, Gracem, edocere, vel interprete Rhenano, qui similem locum adserit i. Cor. 1. supra huic lib. cap. 5. boni duxit Deus per stultitiam prædicationis fallos facere credentes; quo sit, ut existentem etiam ibi sic legendum: plenitudinem in se-metipso inhabitare.

196. Atque adeo: omnes ait nos oportere manifestari, &c.] Etiam de hoc latius tractatum habes dicti lib. cap. 43. num. 309. & 310. Hic dumtaxat variat, quod hoc: ut recipiat unusquisque qua per corpus admisit. *Hic vero: ut reportet per corpus secundum qua gesu, nec murum, quem etiam Gracem Amphilogia sit.*

197. Si enim tunc retributio meritorum, &c.] Etiam hoc facit pro meritis operum, sciri & quod sequitur: dispensationem boni & mali operis, id est, vel Rhenano teste, compensationem remuneracionemque, nam quod addit, seu potius inquisitionem & examen rerum bene vel male gesu, non placet; ut ipse quum *Auctor* priori modo semper: dispensationem accipiat, licetum representacionem hic accipit pro vera exhibitione.

198. Siqua ergo cōditio noua in Christo, &c.] Condicio, more tertulliano, accipitur pro: creatura, Gracem &c. Consentit vero etiam hic cum Interpreti vulgato Latino vertens: Si qua, pro eo quod Isidorus Clas-

sius cum Erasmo nimis liberet: *Siquis. De sequentibus partim verbis ex I. sa. cap. 43. vide supra lib. 1. ad. Mar. cap. 20. num. 142. & lib. 4. cap. 1. num. 11.*

199. Si etiam iuber, ut mundemus nos abquinamento carnis & sanguinis, &c.] Transfluit aliud agens ad cap. 7. quum alibi tractauerit quod in cap. 6. maxime vero illud: nolite iugum ducere cum infidelibus, *uprā Tomo 2. lib. 2. ad. Prolem. Verbum locis plane est mutatus etiam in MS. Vat. colibris, que adeo ut restitu per me non posuerit. Hic inter videtur velle Auctor. Si etiam iuber ut mundemus nos abquinamento carnis, & spiritus (ad eam adit Apollonius) significat, carnis & sanguinis non querit, sed substantiam capere regnum Dei.*

200. Si & virginem sanctam destinat Ecclesiastis adsignare Christo.] *Hic similiter transfluit numeris 8. 9. & 10. cap. ad illud 2. Cor. 11. Dehinc virginem sanctam adsignare Christo, nempe Ecclesiam, obi veritatem Deftinai, & B. Hier. Status in Ann. Prophetam, quod G. eccl est in propria deum, quod alii sentire malunt: Apollau, B. Ambro. Parau, & vulgo Interpres Latini, & Syrus, & Firmilianus interprotra. B. Cypriani, Epif. 75. Dafpondi, à quo etiam ab ludit Auctor, quum addit: tamquam sponsionis sponsi. Deinde sanctam pro & syris, quod magis propriis omnibus transferunt: castam, quorum utrumque subiectur apud Firmilanius. Deinde adsignare, interpretare Firmilanius, & syris, quod alii venientib; vere, & Syrus: offere.*

201. Si & pseudopostolos dicit operatio-losos træfiguratores sui, &c.] Quod hic enim dicitur, habes supra lib. 4. ad. Marc. 1. 5. 1. lib. 1. & pseudopostoli, quod per falsum imitatores est: transfiguratio) Apostolos Christi; ostendit, de Praef. adu. her. c. 4. adulteros euangelizantia-ces; ubi c. 6. citat etiam sequentem scripturam: configuratione Satane in angelum lucis. *Apparet ei illud: quem & nos & Marcion nominis uolum de paradiso; neque enim angelus, sed seruatur in paradiso. Gen. 3. Satane; sed non hoc uero. Aut in scripturis id dici, ed sive nouisse & Mattheum p. 1. id est Satanan & angelum malum, qui ibi sepellatur.*

202. Hic illud fortè mirabor, si proprium potuit habere paradisum Deus, &c.] *Hic manifestat.*

12. posterioris ad Corinthios, raptum Apóstoli Pe-

radisum & tertium celum, comparans cum foliis

Hebrei in celum, 4. Reg. 2. De priori tractauit

supra lib. de Praescript. adu. her. c. 24. vbi illud

not. Quintini num. 14. 6. de alien. lib. de Anna. 3.

& 50. vbi vide Adnot. nostra num. 54.

203. percutiendi & faviendi alienum, &c.] *Cinquo Rhenano. lib. de Resurr. car. (nempi 31.) Quod ergo discendi magis adfuis quād presumuntur. eodem lib. in re aliena salutis, item: in aliena culpe. Adludit autem ad illud Apolloli adplicetur mihi colaphizando angelus Satana, & ter Domini obfecravi, &c. Et dixit: Sufficit tibi gratia mea ut virtus in infirmitate perficerentur. *Alio rursus: amularentur hic accipit pro: edis (si fit de loquii licet) habentem. Fortassis adludit ad illud verb. 6. sex sunt quae dicit Dominus: Oculi eius,**

&c.

204. Quid & formam legis adhuc tener Gal-

tarum castigator, &c.] *Hoc uult Auctor quod. Ap-*

ſolus, quamquæ ea de causa Galatarum castigator, ad
huc videatur formâ legis tenere, per illa 2. Cor. 13. ver-
ba: In ore triū testium statutum omne verbū, quod
ex Deut. cap. 19. sumptum eſt. De quo vide ſuprā Adn.
noſtris lib. de Præſcrip. adu. her. cap. 22. n. 135. & lib. 4.
adu. Marc. cap. 22. num. 329.

205. Quid & non paſurū ſe peccatoribus,
&c.] Sie paucis reddit illud Apoſtoli ibidem: qui aptè
peccauerunt non parcam; adiudens ad illud ſub finem
capituli: vt non in præſentia durius agam ſecun-
dum potestatem à Domino data. Vbi conſentit
vulgato interpréti, quod transferat ἀποτόμως ἔχον-
tia, durius agere.

C. P. XIII.

206. Quando opusculum proſligatur, &c.] Inſcriptionem veterem ad marginem tamē reiecat ſic di-
latauiimus: D. EPISTOLA AD ROMANOS
ex cap. I. II. III. V. VI. & VII. Sunt autem voceſ Tertullia-
nus: proſligatur, retractanda, & tramittenda. At-
qui legimus proſrus: qui toties probauerim, cefſio-
nem eius nullum argumentum preſtare, &c. pro eo
quod erat corruptiſſ, contrario ſenſu: quoties probau-
eram cefſionem eius, nullum, &c. idque eo magis quod
ſequatur: quatenus & ipſe Apoſtolas legem pluri-
mum (id eſt interprete Rhenano, maximē, maxima ex
parte) videtur excludere: ſicut enim etiā caſtigo, pro: ipſa
epiſtola, eo quod ſequatur: Sed & iudicem Deum ab
Apoſtolo circumferri, &c. Inſigilat autem poſiſimū
librum hunc hætenuſ.

207. Non enim me pudet Euangelij, &c.] Hic
incipit trahere verba Apoſtoli Roman. i. quedam pre-
cedentia & ſequentia trahit, quod ſapiſ occu-
rēnt: ſicut i initia huia cap. dixit. Benē autem ha-
bet quod vertat Auctor ſicut Latinus vulgatus Inter-
pres: omni credenti, Iudeo (omisſa tamen voce: pri-
mū, quam omnes legunt) & Greco, &c.

208. Quoniam & iram Dei dicit reuelari de
celo, &c.] Necſario addimus: Dei, tun quod can
Apoſtolis habeat, tun quod Auctor ſubiungat: Cu-
ius Dei ira? & deinceps de ira Dei diſceptet, quan an
propriè, an pro vindicta accepit Auctor, vide noſtra Pro-
legomena inter eius Paradoxa. Fortiſ ſe legit etiam veri-
tatem Dei, eo quod addat: Ergo & veritas eius erit,
cuius & ira; ſed quia Greco hodie non legitur, addendum
non putari. At proſrus lego: detinent, pro: definent.
Porro recte Rhenan. interprétabit: in vltione verita-
tis, nepte recepta & exploſe.

209. Scimus autem iudicium Dei ſecundum
veritatem eſt, &c.] Tragifit ad 2. cap. Epift. ad Roman.
vbi ex altero MS. Vatic. caſtigamus: iram ipsam, pro
ipſa.

210. Quantas autem foueas in iſta vel maximē
Epiſtola Marcion fecerit, &c.] Indicat ſe dumtaxat
trahere, que Marcion eradens non vidit, quam
tamē abſtulerit quæ voluit; hinc factū ut pauciſſi-
mos locos Epiſtola prolixissime in medium producat, ſicut
etiam B. Epiphanius. Eodem pertinet quæ habet cap. ſe-
quens Salio & hic ampliſſimum abruptum interci-
ſe ſcripturæ, & paulopof: qui tanta de ſcripturis
ademiſti.

211. Si enim iudicabit Deus occulta hominum
&c.] MS. Vatic. 2. iudicavit, ſed illud habet Apoſtolis
iuxta additiones omnes.

212. Tam eorum qui in lege deliquerūt, quam
corum qui ſine lege, &c.] Iſtud precedit apud Apo-

ſolūm verba precedentia, ſicut etiam illud: Quia &
hi legem ignorant (quia legit pro eo quod Apoſtoli:
non habent) & natura faciunt quæ ſunt legis. De
qua Apoſtoli phraſi vide ſuprā Tom. 2. lib. de Cor. milit. c.
6. num. 56. Acquiſitione B. Epiphani, locum hunc ci-
tas adu. Marcionem ex Epiſtola ad Romanos Confut. 1.

213. ſecundum Euangelium (inquit) per Chri-
ſtum, &c.] Hoc immediate ſequitur verba num. 217.
vbi omittere videtur ex proposito: meum, quod habent
alia exemplaria Apoſtoli, ut magis ſtendat: Dei ciu-
dem eſt Euangelium & Chriſtum, cuius LXX &
natura, Eſt autem notatus digram ſupplementum ex Mſ.
Vatic. 2. codicibus: ſed in illum, cuius dum hæc ſunt,
iudicium dico & iram, etiam illa ipſius ſint neceſſe eſt, pro eo quod erat dumtaxat: cuius hæc ſunt, &:
ira.

214. Et ideo vehirūt in transgressores Legis,
&c.] Vehirūt (inquit Rhenan.) pro: inuehitur. Differt
autem Auctor ab aliis, quod legat: doceſtēt non fur-
ari, & furantes, pro eo quod ali: predicanſ. Quod quum
Marcion in Deum Creatorem retroqueret, id negat ita in-
telligi poſſe: verū latius de farto quod perperam. Egyp-
tius impingebat ille, ſuprā lib. 2. adu. Marc. toto c. 20. Lega
autem mox mori Tertullianus: deuertiſſe, pro: diuertiſſe,
& retineo cum Rhenano inceſſat, quantumvis
Vatic. 2. legant: ingeſſerat, ne ſit repetitio eiusdem veſi;
nam ſequitur: ut in geſſerit.

215. Propter vos nomen Dei blaſphematur,
&c.] Suprā Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 13. additur: in gen-
tibus, & lib. 3. adu. Marc. cap. 23. ac lib. 4. cap. 14. in na-
tionibus. id enim habet tam Iſai. cap. 52. iuxta LXX.
quam Apoſtoli, ſed ad iuſtitutum hic non faciebat. Ver-
tit autem: Propter vos, quod Greco eſt, & iudeo.

216. Praefert & circumciſionē carnis preputia-
tionem; apud Deum enim Legis, &c.] Proſrus ſic le-
gendū & ſupplendū eſt, ſi Apoſtoli ſenſum hi verbis
exprimi velim, pro eo quod erat contrario ſenſu: circum-
ciſionem cordis preputiationi. Nā ſequitur ex eius-
dem capituli calce: apud Deum enī (ſic ſuppleo) Legis
facta eſt circumciſio cordis, non carnis, ſpiritu nō
littera. Illud autem de Iudeo in occulto & in aper-
to intermedium eſt inter illa. Atqui ipsa huia loci ver-
ba Apoſtoli adfert B. Epiphani in Marc. Confutat. 2. ex
Epift. ad Romanos, ſicut etiam precedentia illa: ha-
ben-tem formationem cognitionis ac veritatis in Le-
ge, Confut. 3.

217. Tunc lex, nunc iuſtitia per fidem Chriſti,
&c.] Transiens ad cap. 3. ad Rom. pauciſſimis biſce verbiſ
comprehendit verſus 20. 21. & 22. Atqui omnino legi-
mus: Chriſti diſtinctio, diſpoſitionum eſt, id eſt re-
ſamētorum, ea enim frequētū ſimile ſignificatione utitur
hoc loco. Auctor his 5. libris adu. Marcionem non Deo-
rum, pro eo quod erat corruptiſſimē: diſtinctio diſpoſi-
tio nunc eſt.

218. Monet iuſtificatos ex fide, &c. pacem ad
Deum habere, &c.] In hiſ verbis initio c. 5. (omisſo to-
to cap. 4.) Epift ad Rom. legit Auctor ἐργα, id eſt ha-
bemus, pro eo quod ali: ἐργα, habemus. Atqui aliis
omisſa trahit Epiphani. adu. Marc. ex epift. ad Rom. Con-
fut. 4. illud: Ad quid (ſic enim lego, pro: Adhuc) enim
Chriſtus, quum nos eſſemus debiles adhuc iuxta
tempus, pro impiis mortuus eſt?

219. Lex autem (inquit) ſubintroiuſit, ut abunda-
ret delictum, &c.] Verbiſ huia qua in fine eiusdem cap.
habentur, paraphraſicas addit: ut ſuperabundaret

(inquit) gratia.

220. intercalauit, &c.] Id est (inquit Rhenan.) intercalat, interposuit, interseruit, medianam immisit; nam hic id significat intercalare. Eius verbi neminius Macrobius etiam de ratione intercalandi abunde differens. Iulius Cesar instituit, ut unus dies quarto queque anno intercalaretur, hoc est inseretur: unde bisextilem annum Plinius intercalarem vocat, & Liuus mensem dixit intercalarium. Graci eum βάλιμον appellant, & επεβολήν.

221. vt quemadmodum, &c. regnauerat peccatum in mortem, &c.] Videlicet hoc loco legisse Author, sicut etiam Cyrus Interpres, &c. Tercario.

222. Propter hoc omnia concluserat, &c.] Ex persona Marcionis per ironiam hoc adseritur, ut temptat partim ex Epist. ad Gal. c. 3. partim Rom. 3. ubi etiam conformiter sua heres substituerat: cōclusit omnia Lex creatoris sub peccatum, pro eo quod Apostolus: cōclusit scriptura omnia, &c. Atqui legimus more Tertullianico ex vitroque V. dicit MS. cod. ne qui gloriaretur, pro: ne quis.

223. Mortuos enim nos (inquit) Legi, &c.] Etia hoc ex persona Marcionis, & ex corrupta eius scriptura, quippe qui veriter: Mortuos nos legi, ubi Apostolus dicit: mortuos peccato, Rom. 6. sub initium capituli, sed recte eum significat ex sequentibus verbis, ubi subiicit: Christum ex mortuis resurrexisse.

224. Quid ergo dicemus? Quia Lex peccatum? Abilit, &c.] Transf. ad 7. cap. Epist. ad Rom. ubi nihil differt ab aliis, neque hic neque ibi: Sed ego delictum, &c. Immo cum vulgato interprete Latino max veritatem duxit, quod Graec est ζηνατος.

225. liquit, &c.] Liquit (inquit Rhenanus) hoc est à liquet impersonali verbo, non claruit, immotuit, manifestum quasi sit. Atque hoc est quod Paulus docet, 2 Cor. 2. 16 & 17. περιτιανον ει μη Δι & νους, id est: sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Porro verbo liquit, à liquet, utitur lib. de Carne Christi, cap. 17. quamquam iam liquit (inquit) & de nomine hominis, & de statu qualitatis, & de sensu traditionis, & de exitu passionis, humanam constituisse, liquit, id est apparet, constituit. Legunt quidem Rhenan. & Vatic. 2. cod. MS. licuit, sed ut sit differentia, illud magis placet.

226. Lex sancta, & praeceptum eius iustum & bonū, &c.] Id ipsum tractat B. Epiphanius adu. Marc. ex Epist. ad Roman. Confut. 5. qui præterea legit, sicut omnes Apostoli editiones, quod omission est ab Auctore: sanctum. Pulchre autem explicat spiritalem legē Auctor, prophetican & figuratam.

CAP. XIII.

227. Hunc si pater misit in similitudinem carnis peccati, &c.] Titulus hinc capiti dedimus: Ex eiusdem Epistola ad Roman. cap. 8. 10. 11. 12. 13. & 14. Atqui in verbis illius Rom. 8. consentit vulgatum Latino Interpretari, quod legat: in similitudinem.

228. Peccatum enim carni supra adscriptis, &c.] Hic adserit ex cap. 7. quod cap. precedenti omiserat, quod hic ad institutionem magis faceret, paraphrasticis distractat, ubi legens sensus more suo transtulit, prolegementis; ut non sit mirum etiam vulgatum Interpretem nonnumquam seafum eadem significatione transtulisse, sicut rursum Auctor cum illo infra n. 226. Atqui legimus ex vitroque MS. Vat. cod. id est carneā, nōmē substantia, pro: carne. Et vero rursum hic: voles & phrasēs Tertullianicas: remediat; & statu; &c: censu; de-

nique (adnotante etiam Rhenano) alterius pat. Epifaniam etiam castigamus, ex vitroque MS. Vatic. quā hoc tantum est, pro: quia.

229. quomodo nolit nos esse in carne, quum sumus in carne, &c.] Etiam paraphrasticis hie adduta ad verba Apostoli Rom. 7. Qui autem in carne sumus, Deo placere non possunt. Vos autem non etsi in carne, De quibus vide supra lib. de Resurr. carni, c. 46. Castigamus verò ex dubib. MS. Vatic. cod. in operibus carnis, pro: ex. Atqui B. Epiphanius adu. Marc. Confut. 6. urget quod præmittitur istis apud Apostolum: ut iustificari Legis implerebetur in nobis.

230. spiritus autē vita proprie iustitiam, &c.] Quum etiam sic legis supradicto loco lib. de Resurr. carni. Author, confirmatris Graecorum & emendatorum Latinorum codicum lectio: vita, pro eo quod ali: vivit. Proprietas transtulit utroque iustitiam, quod Graeci ζηνατον dixerint. Ibidem etiam latius & etiam & tunc verba sequentia Apostoli: Qui suscitauit Christum mortuum, vivificauit (quod retinuum, etiam Vatic. MS. 2. habeant vivificauit) & mortalia corpora vestra.

231. dici capit, &c.] Capit (inquit Rhenan) id idoneum vel aptum est ut aliud dicatur, vi lib. 2. cap. 3. capit etiam imaginem spiritus dicere statim, id 3. cap. 6. Id enim intelligi vel non intelligi caput impersonale verbum, quod & δέχεται Graeci dicunt, in maxillud Salio amplusimum abruptum (de qua ter Proverbiales formulas in Prolempenis libro) adnotat, pro: Transfilio. Vbi indicat omnia penitentia Apostoli verba intercisa sunt à Marcone, vides dia. 10. ad Romanos, quo transit Author.

232. testimonium perhibentem Apotholim Istaeli, &c.] In his Apotholis verbis Rom. 10. translatum Graecam ζηνατον, & cum vulgato ac Syro insuper scientiam veritatis proponit, sicut etiam suumque veritatis trascrivit Ἰωάννης, in hoc differenti ab eo, quod dum taxat legat: Deum enim ignoramus, per Dei iustitiam.

233. finis enim (sive etenim, ut legunt MS. 2. cod.) legis Christus, &c.] Etiam istud adu. Marc. 2. Confut. 7. ex Epist. ad Roman. B. Epiphanius, qui lectio alii omnibus: ad iustitiam, pro: quod sicut Author iustitia, seu potius, sicut iusta phrasē in ceteris capitulo iustitiam. Atqui sunt verba Marcionis: quid Deum, &c. usque: Cut ego, &c.

234. inscientiam, &c.] Quasnamque MS. Fazal, legant: inscientiam, placet tamen hoc lectio quam multa ex Gor. Lieni codice Rhen. co qd (inquit ille) ex ecclesia Tacitus vitatur lib. 17. Inde atrocior rumor (inquit) scitibus plerique interfecerunt, ac nisi sibi considerent, fore acerrimi militum & praefationis compugnat, perirent in inscientiam ceterorum occidenterunt. Vix in periculis exemplaribus ante nostram castigationem leperosculitiam. Idem in Dialogo Oratorum: sed deinde inservit, negligientia parentum, & inscientia præceptis, & obliuione moris antiqui. Cetera in Academias questionibus: Quam ratione (atqui) maiorum etiam unprobatis diligentia, qui primum urare ex suis annis sententia quemque voluerunt, deinde teneri si sicut fuisse, quod inscientia multa versaretur in vita. Et proinde etiam paulopōē legat: ex inscientia scilicet, pro: infelicitate; neq; enim verisimile est Auctorem eidem iusta diversis viti voluisse vocibus. Auctores autem ea vox magis quod per eam explicit quod dixit Appellus (non pro-

TERTULLIA
Cum Annotationib.
PAMELAI.

A. V.
J. 6.

(sive secundum) scientiarum.

235. O profundum diuitiarum & sapientiae Dei, &c.] supra lib. aduers. Hermog. cap. vlt. (vbi vide Adn. nostras num. 160.) & lib. 2. adu. Marc. cap. 2. veritatem & sophiam ubique conformiter Graecorum & Syriaco exemplaribus, vbi: & intercicitur sed mirum est ab eo omitti: & scientiae quod alij omnes habent. Ibi etiam additum illud intermedium: ut ininuestigabilia iudicia eius, sed certissimum est hic omnissimum, eo quod Marcion de industria, non id modis, sed reliqua haec eraserit, ut potest quod Deum indicem nolle agnoscere, quem iterum talem probaret ex suis verbis. Author, si legeret. At proficiens: & ininuestigabilis viae eius, pro: inuestigabilis, nam Graecus est ave, Iyacius, quod non vestigabile vel Rhenano consiente significat.

236. Quis enim cognovit sensum Domini, &c.] Iterum sententiam pro mente veritatem hic, cum etiam supra lib. adu. Hermogenem cap. 17. (vbi vide Adnot. nostras num. 57.) & hoc ipso lib. cap. 6. in citatione simili loci 1. Cor. 12. & etiam lib. 2. adu. Marc. cap. 2.

237. Odio (inquit) habentes malum, & bono adhaerentes, &c.] transit ad cap. 12. Epist. ad Romanos, ex quo que latè citantur, conueniunt per omnia cum Apostolo, exceptis, que emittit & que hic adnotabimus; & vero eadem omnia comparat cum preceptis veteris Testamenti. Atque in hoc consentit vulgata Latino Interpretatio Author, quod τη φιλασθαφεια vertatur ab illo: Amorem fraternitatis. Apropositum vero affectuosi transferetur, quod est Graecum φιλοτοπια; sicut etiam pressuram suffidentes, τη θνηται ουδεποτε, id est patienterentes, & humiliibus adsentantes (pro quo non male alter Vatic. MS. cod. adfectantes) τοις τε πεντε συναποτελεσι, & non nisi apud vos sapientes, φρονιμoi. item: Non vosmetipos vlciscentes, οδηγητε. Quod tamen ordinis immutato proponit illi quod primit apud Apostolum: pacem cum omnibus hominibus habentes, sic enim suppossum cum Apostolo, secundum vestigia Vatic. MS. codicem.

